

STATUS servile nomen fuit apud Romanos, ita ut plerique servi eo nomine fuerint appellati. Cæcilius Comicus quoque servus fuit, & propterea nomen habuit Status, quod postea in cognomen versum est, appellatusque est Cæcilius Status. Gellius lib. 4. cap. 20.

Plorius, Manlius, Antiochus, & Staberius Erotus, nomina servorum apud Plin. lib. 35. cap. 16.

Apud ATHENIENSES Servis nomina Aristogitonis, & Harmodii indere nefas erat.

DOMITIANUS Metium Pompufianum supplicio affecit, quod nomina Magonis, & Hannibalis indidisset servis, tanquam clarissimorum virorum nomina servili contagio pollueret: Suetonius.

MEDIASTINUS mancipium vilissimum, quod mediis in ædibus flat, ut ad jusvisus iusta, atque imperata præsto sit. Hotom. de Verbjuris.

MEDITI actus homo ab Imperatore appellatur, servus, neque magnæ alicui curationi præpositus, qualis est dispensator, vel atriensis: neque vilissimum muneri destinatus, qualis est mediastinus, aut scoparius: sed media inter illas functiones, curationi alicui præfectus in 6.6. de Testur. Hotom. de Verbjur.

NOVITIUS servi propriè dicuntur, recentes: Veteratores verò five Veterani, inveterati. Venulejus in l. ult. subtilius rem explicat. Nam Veteratorum servum esse ait utriusque, ac fordido ministerio quamvis recens additum: Novitium verò, qui vel nulladhuc, vel nobili alicui, & liberali hominæ dignæ, arti, quamvis multo ante, deditus fuit: veluti picturæ, medicinæ, musica. Item.

ORCINUS libertus, qui directam ex testamento libertatem accipit, nec unquam patronum vivum habuit. Quasi Orci libertus. Idem.

OFFICIA SERVILIA DOMESTICA.

Δῆλος (inquit Theocriti enarrator) & αἰετός, differunt, uti in secundo de Concordia prodit CHRYSIPPUS. Nam est αἰετός, qui etiamnum servitutem servit: δῆλος autem, ἀπὸ δῆλον indicat, id est: libertum, & in universum ministrum quemlibet, ac etiam subditum, ut prodit Ammonius. Latris, testimonio ejusdem, vocatur, qui bellicæ necessitate ad servitutem recidit, Atmenus & servum indicat, & subditum, Cælius lib. 25. cap. 19. Antip. Lib.

Servorum species à Jureconsultis ab opera, & ministerio multipliciter censentur: inter quos fuere ararii, focarii, qui & mediastini dicti sunt, arcarii, & hercite, qui versantur in agris, Capfarios eos Paulus notavit, qui vestimenta in balneis servandis suscipiunt: Ulpianus verò, qui libros deferunt: Succulanos autem, qui vetitas exercent artes, quique in facculos ablata reponunt: & apollidas, qui nullo jure civitatis funguntur, in opusque publicum deportati, seu ad insulas relegati sunt, qui & insularii appellati. Orcinos dici libestes arbitrantur quidam, quos testator post obitum libertos iussit, ita ut hæres patronatus jus haberet, non dominus. Præter quos numerantur originarii, & adscripticii, qui adscripti fundo, quem colunt, ita sunt, ut nisi cum fundo alienati queant, originarii verò, qui ex adscripticis in ipso solo, quod incolunt, nati, educatique sunt, Vicarium servum Ulpianus censuit, qui ordinario subest, & paret: & fornaciarium, qui formaci carciæ, seu ferrariæ servit, & invigilat. Post quos fuere amanuenses dispensatores: alteri, quorum opera velut feribarum dominus utitur: alteri, qui ara dispensant, impendiaque, & D expensa rationibus notant, & inferunt. Alexana. libro 3. cap. 25.

KAIMAKIAÆ, id est, Scalulæ, vulgato convitio sunt appellatæ, mulierculæ quondam Cypriæ adulatrices apud Syros, quod tergum uxoris submitterent sese, ut per eas ceu per scalas currum confenderent, Plutarchus in libello De discernendo adulatore ab amico. Athen. lib. 6. Dipsosoph. Valer. Max. l. 9. c. 1.

Vulgò dicuntur, μωροί, id est, Muscarum abactores, qui frivolis officiis cupiam observant: quod à Perfarum deliciis natum indicat Athenus lib. 11. qui in convivii μωροί, adhibebant servos, quod nunc apud Italos plebecum est. Erasimus in Adagis.

Trapezopoci dicuntur servi mensam curantes. Salutigeruli, qui iusti domini, aut domine, hunc, vel illum salutant. Alex. lib. 3. cap. 25.

Grammatici quoque olim, & Pædagogi servi erant, Medici quinetiam. Quæstiosa enim sunt artes istæ, & à servis æque, atque à liberis possunt administrari. Vide Platonem in

libris de Republica, ubi Medicinam facit aliam servilem, aliam liberam.

Athenienses, Duce Nicra, dum Syracusas obsident, magna clade victi, per multi occisi, plerique captivi Siculorum filios literas docere coacti sunt. Proinde pauci elapsi, qui fuga redierunt Athenas, rogati, quid hic, aut ille faceret in Sicilia? respondebant: Aut periret, aut doceret literas. Erasim. de vitæ viciis 7. d. d. d. xxi. p. 304. v. 1.

Ab eo tempore, quo GEORGIUS Princeps Rufforum à Tartarorum Rege Bato cæsus est, & Moscovia in ejus potestatem redacta. Rutheni Tartaris tributarii fuere. Qua potentia tantopere Tartari usi sunt, ut cum legatos suos ad Moscoviam Principem mitterent, ipsi obviam prodire, & patinam equino laete plenam exhibendam offerre, & si quid in jubar equi defluerat, illud lambendo forbere. In Regiam verò introducos, nudato capite, sedentibus affians, atque omni honore afficiens audire cogebant. H. Henniges in Geneal.

Apud POLONOS mechanicum opus nobilis herus servitor ingenio quamvis pauperum non demandat, aut certe audiet Ruffico id numeris committendum esse. Eideò nobiles nobilitibus, paræque genere, ac virtutibus paribus plerumque intersunt, cum honesta, & nobilia servitia obeant: contra Occidentalium gentium reliquum consuetudinem; apud quos nobiles nobilitibus turpe interservitute, quod mechanicum servitium, quæcumque Dominus demandaverit, cogantur. Apud Sarmatas verò, qui melius bibit pro sanitate Domini, ille melior censetur minister. Postquam Dominus mensæ accubuerit, servitores statim ordine servato accumbunt. Nam cum liberaliter ferula opponatur (ut quilibet aulicorum tres servitores sua portione alere possit) herus satur puero à tergo stanti in quadra, quod reliquum est, porrigit. Aulicus enim quilibet servitores aliquot, & pueros habere solet, & illi servitores alios servitores, pueri pueros, ad quartum usque ordinem, ad mensam ejusdem Domini omnes cibaria fumentes, & salaria recipientes: plerumque ad mensam tantum intersunt, & peracto prandio, vel cena, inclinatis coram Domino genibus, & capite aperto, quò volunt abeunt: sic ut quandoque triduo, quadriduoque integro Dominus servum in tabernis, vel in comitiva occupatum non videt. Si, ubi fuerit, interrogat, respondet ille se pro sanitate Domini hilariter bibisse. Tum Dominus subridens gratias agit, & interdum quoque remuneratur. Cum Episcopus quidam per thesaurarium suum G aulicis, & servitoribus stipendia pro more persolveret, nebulo quidam cæteris servitoribus se immiscuit. Murmurantibus autem aliis, quod nemini interservi stipendium expectaret: Episcopus illum interrogavit: Cui nam servit, & quid negotiabitur? Atis: Tibi interservio, respondit, & idem, quod alii, munus strenue obeo. Et quod nam illud? Episcopo interrogante respondit. Quotidie bis in die laute ad mensam tuam comedo, & bibo: Episcopus subridens stipendium illi persolvit. Alex. Guag. in descript. Polonia.

* SERVORUM ERGA DOMINOS OFFICIA, FIDELITAS, ITEM INFIDELITAS.

EX S. SCRIPTURA.

Servus ABRAHÆ missus in Mesopotamiam ad quaerendum Isaac uxorem, Domini sui mandati fideliter implet. Gen. 24.

JOSEPH quoque fidelis admodum servus fuit in carcere enim, & vinculis maluit esse, quam herilem domum adulterio polluere. Gen. 39.

Armiger SAUL Saulum Regem obnoxidè id rogantem noluit interficere. At cum Saulus sibi manus intulisset ipse quoque gladio incubuit. 1. Reg. 31.

In prælio Philistinorum contra Israel DAVID Rex deficientis, & in periculo constitutus, per Abisai, qui Arapham interfecit, liberatur. 2. Reg. 21.

NAAMAN Regis Syriæ Princeps lepra perussus, suggerente Ancilla ad Elitum Prophetam sanandus advenit. 4. Reg. 5.

Bagathan, & Thares duo eunuchi Regis Assueti, qui janitores erant, in domum suam manum immittere quaerentes, uterque eorum appensus est in patibulo: Mardocheus vero per Esther Regem monens egregie fuit compensatus. Est. cap. 2.

HISTORICA.

Cum SAMNES mille famulorum dominus, apud Persas Christi confessor, impietati Varanis tyranni Perfarum Regis

gis resisteret, & negare Creatorem omnium nollet, tum Rex A requirens, quibus servorum ejus esset servilissimus, illi aliorum servorum tradidit dominum: qui ipsum quoque dominum servitute præcepit, simul & ejus uxorem: per hoc putans propugnatorem se flectere veritatis: sed spe sua deceptus est: habebat enim ille domum in petra constructam. Hist. Trip. l. 10. c. 32.

De THEODERICO Ariano in Africa Regis hujusmodi quidam historici tradunt. Ministrum ista quemdan faniorem fidem sectantem habuit, quem amore infano prosequabatur, & ad voluptatem eo abutebatur. Er. ille, ut quæ grata, placitaque ei essent, faceret, à Theoderico consubstantialis fidei deficiens, ad Arianismum dellexit. Quod ubi Theodericus comperit, caput illi, quem tantopere amaverat, refecit, inquit: Si Deo fidem sinceram non servasti, quomodo mihi, qui homo sum, conscientiam sanam præstabis. Niceph. Call. Eccl. lib. 16. cap. 35.

PHOCAS tyrannus ex ordine militari ad imperium Romanorum evectus, è vestigio apparatu præclaro Byzantium ingressus, postera die totus ad eadem Mauricij imp. veluti furis quibusdam raptus est. Itaque illum cum podagra, & chira-gra doloribus conflictantem, unâ cum conjugè, & liberis in Eutropij portum tradidit: & primum liberos ipsos in conspectu patris occidit, in quorum cuiusque cadere verba illa pater protulit. Justus es, Domine, is justum judicium tuum. Deinde verò & ipse Mauricij refectionem capitis sustinens ferro cæsus occubuit, egregia animi virtute in summa ea calamitate exhibita. Cum namque liberorum nutrix infante uno Imperiali subtrahito puero ipsa suum lactentem ad eadem protulisset, Mauricium astantem percussoribus arcuum suppressi pueri consilium indicasse serpo: quod minime æquum esse duceret, ut in alium, cum ab ipso Deus penas exigeret, animadverteretur. Atque eo infante jugulato, cædes ejusmodi pro sanguine lactem liquorum profudit. Niceph. Call. Eccl. cap. 40. lib. 18.

Superioribus diebus, cum STILICONIS tunc comitis Servus, qui demonio laboraverat, in Ambrosiana Basilica jam sanatus maneret, commendatus à domino suo (serbatur enim, quòd libenter ab eodem haberetur) facere falsas epistolas Tribunatus contemptum est, in tantum ut tenerentur homines, qui ad ministrandum pergebant. Sed ubi ad personam servi Cui pervenit Comes Stilico, qui in servo suo noluit vindicare, homines etiam, qui decepti fuerant, interventus sacerdotis dimisit, de ipso vero servo sacerdoti questus est. Quem vir sanctus Ambrosius, cum Basilica Ambrosiana egrediret, requirit fecit, atque ad se perducit. Quem cum interrogasset, & deprehendisset autorem tanti flagitij, ait: Oportet illum tradidisse in interitum carnis, ne talia aliquis in posterum audeat admittere. Quem eodem momento, cum adhuc sermo esset in ore sacerdotis sancti, spiritus immundus arreptum discerpere cepit. Quo viso non minimo timore repleti sumus, & admiratione. Paulin. in vita S. Ambrosii, Baron. tom. 5. ann. 396.

Tempore persecutionis VANDALORUM, ut scribit Victor Uicensis, erant servi quidam Vandali (fuit hic Vandalus de illis, quos Millenarios vocant) Martinianus, Saturnianus, & eorum duo germani: erat & conserva eorum quædam egregia Christi ancilla nomine Maxima, corpore simul, & corde decora. Erat Martinianus armifactor erat, & domino suo factis videbatur acceptus, & Maxima universæ domui dominabatur, credidit Vandalus, ut fideles sibi magis memoratos faceret famulos, Martinianum, & Maximam conjugali confortio sociare. Martinianus adolecentulorum secularium more de conjugum affectabat: Maxima namque jam Deo sacrata humanas nuptias refutabat: At ubi ventum est, ut cubiculi adirent secreta silentia, & Martinianus mesciens quid de illo dederat Deus, maritali fiducia quasi cum conjugè cuperet cubitare, viva ei voce memorata famula Christi respondit: Christo ergo, ò Martiniane frater, membra me corporis dicam, nec possum humanum fortis conjugium, habens jam caelestem, & verum sponsum, sed dabo consilium: si velis, poterit, & ipse tibi præstare cum liceat, ut cui ego concupivi nubere, delictis & ipse servare. Ita factum est: Domino procurante, ut obediens virgini etiam adolecens suam animam lucraretur. Nesciente igitur Vandalò compunctus, atque spiritalis secreti commercium mutuans Martinianus, etiam suis fratribus persuasit, ut thesaurum, quem invenerat, haberent, utpote germani communem. Converteret igitur itaque cum tribus suis. De puella comitante nocte clam egredientes, Tabraceno monasterio, cui præerat tunc nobilis pastor Andreas, sociantur. Illa verò haud procul monasterium incoluit puell-

larum. Juvenis itaque jam non sua, sed Christi mancipia, conicitur in vincula, & variis tormentis Dei famulos inf. ctatur, agens cum eis non tantum ut pariter miserentur, sed quod gravius est, per rebaptizationis cœnum fidei sui ornamenta turbaret. Pervenit hoc ipsum usque ad notitiam Geiserici. Decem Rex, ut tantum implacabilis herus servos affligeret, quædam illius succumbentes voluntati: jubet in modum serrarum sustes robustos veluti palmaros cum stirpibus fieri, qui quantibus tergis non solum ossa confringerent, sed etiam terebrantes aculei intrinsecis remanerent. Qui, dum sanguis efflueret, & dissipatis carnibus viscera tunderentur, sequenti die Christo medente incolamæ reddebantur. Hoc sepius, ac multò factum est tempore, & nulla plagarum vestigia videbantur, S. Spiritu subinde curante. Post hæc arctatur Maxima duræ custodiæ, cuspidique crudeli extenditur: Cui cum Dei servorum non deesset frequentia visitantium videntibus cunctis ingenium lignorum putrescens soluta est fortitudo. Ex Historia Victor. Uic. de Persecut. Vandal. lib. 1.

REMOALDUS Grimoaldi Longobardorum Regis filius Beneventum Italiae urbem incolebat, cum Constantius II. Imperator, hæreticus, & Christiano nomini supra modum infensus eam oppugnaret. Remoaldus Dux periculosa pteritis obfidione Gestaldum servum suum ad parentum cum liberis miserum, quibus opem, subsidiumque efflagitavit. Remissus ergo servus cum responso ad Remoaldum, quibus nunciabatur se brevi auxiliare copias ad solvendam obfidionem missurum: & interim bono esse animo, in manus exploratorum Imperatoris incidit. Imperator, lectis Grimoaldi ad filium literis, ejus præstolari adventum noluit, de urbe expugnanda (nisi dolo) prorsus diffidens, priusquam adventarent hostes. Captivo itaque nuncio mandat, ut ea nocte ad muros urbis accedat, Principem Remoaldum ad colloquendum evocet, suadeatque, ut Imperatori ultro se dedat, quod parens omnino optulari non posset: ni faceret, mortem sibi paratam intelligeret. Ejus rei gratia, milites armatos, qui cum comitarentur, ac ad moenia usque deducerent, tradit. Quo cum accessissent, Remoaldus accitit. Tum servus; Mene, inquit, agnoscis, ò Princeps, verum tuum? hæc à parente tuo accipe. Iste bono jubet esse animo, certamque tibi opem spondet, jamque ad Saticrum fluvium pervenit cum maximo exercitu. Pluribus tecum agere non licet, quod hostium manibus detineat, à quibus præsentibus mihi G mors imminet: quod superest, uxorem, liberosque commendo. Atque hæc profertens interfecit. Heitor Pimo Dialog. 1. de Tranquillitate c. 20. Fulg. lib. 3. c. 8.

Vide plura in Loco de Famulis, ubi de servorum obsequio, & ministeriis nonnulla.

* DOMINORUM ERGA SERVOS OFFICIA, ET MORES.

Quære nonnulla ex Loco de Familia, & infra. Convivia servorum.

APOSTOLUS docet, Ephes. c. 6. quomodo servi eorum erga illos, & illi vicissim erga servos se gerere debeant. Vult autem, ut servi candidè, & non fraudulenter, nec ad oculum serviant, sed perinde ac si Christo serviant. Et vos, inquit, Domini eadem servata proportione scilicet facite illis, quæ & ipsorum, & vester idem Dominus est; vult ergo comprimere fastum quorundam, qui in servos agunt haud secus, quam in mancipia, cum tamen omnes ex æquo simus servi coelestis patris familias.

Sic servos benignè ad heris tractandos Macrobius docet. 1. Saturn. c. 11. idque ex ipso jure naturæ, quippe cum ex istidem constet elementis uterque, nec servitus vitium sit naturæ, sed H fortune, majores, inquit, nostri, omnem dominis invidiam, omnem servis contumeliam detrahentes, dominum patrem familias, servos appellaverunt familiares, colant ergo te potius servitui, quam timeant. Locus totus elegans est, & ad rem præsentem faciens.

Audi etiam PLATONEM de hac re ita differentem. Qui circa mores, actionesque servorum nihil unquam facit pie, nihil inique, atque ita in eis servat immaculatum, ad producendas virtutis fruges erit aptissimus. Idem quoque de domino, & tyranno, omnique potentiore adversis imbecilliores rectè dici potest. Castigandi, cædendique semper pueri sunt servi, neque ita monendi ut liberi, ne molliores fiant. Alloguatio omnis ad servos quodammodo imperium fit, neque jocus ullus cum ipsis seu sceminis, sive masculis habeatur: quod multi stulte facientes, dum delicatius enutriant, difficiorem vitam & sibi ad impetrandum, & illos ad obediendum reddunt. Plato in 6. de Legibus.

Etiam S. AUGUSTINUS ex nomine patrisfamilias, servos qua- A si filios, & fratres ad ejusdem hereditatis possessionem vocatos, tractandos, docet lib. 19. de Civit. cap. 16.

JULIANO Casarino Cardinali laudi datur ab Hieron. Plato de dignit. Cardinali. e. 23. quod cum exiguo haberet redditus, dignitati suae sustinenda impares, medioctem familiam, & famulitum aluerit. Et quidem erga famulos ea fuisse comitate memoratur, ut necessaria in morbis ipse subministraret, eos videret, consolaretur, & ad salutem aeternam consequendam animaret, quo factum, ut inter ipsius brachia plures Deo spiritum reddiderint.

PIUS II. Pont. mira benevolentia omnes domesticos complectebatur. Si quis ignorantia, vel simplicitate delinquentes deprehendebat, illos potius paternè monebat, quam rigorosè corripiebat, teste Plutina in vita. Legerat illud Seneca, epist. 47. Vistu cogitare illum, quem servum tuum vocas, ex eisdem feminibus ortum eodem frui caelo, aequè spirare, aequè vivere, aequè mori? tam tuillum ingenium videre potes, quam ille te servum. Stare ante limen Callisti dominum suum vidi, & aliis intransibit excludi. Martiana clade multos splendidissimè natos fortuna depressit: alium ex illis pastorem, alium custodem casa fecit. Et infra: Sic cum inferiore vivas, quemadmodum superiorem tecum vivere velis. Quoties in mentem veniet, quantum tibi in servum liceat, veniat in mentem tantum in te domino tuo licere. At ego, inquit, nullum habeo dominum: bona atas est, forsitan habebis. Nescis qua aetate Hecuba servire coepit, qua Croesus, qua Darius mater, qua Plato, qua Diogenes. Ibid.

SERVORUM, FAMULORUM SERVITUS, NOTÆ.

Consule Tit. Stigmatum, sub Loco Ignominia: Item Vestitus servilis.

Δόλος οὐ νόμος ἔστιν, id est, Servus cum sis, comam habes. Proverbium deo, qui præter decorum quippiam faceret. Apud Lacedæmonios enim ingenui comam alebant. Suidas, Aristophanes in Avibus.

Servile est, ac noxium stigmatis notari. Plautus in Cassina, Literatum appellat, notis inultis insignem. Plin. lib. 18. c. 3. Inferiptos vocat.

Plutarchus in vita Periclis, citat hunc versiculum ex Aristophane Comico:

Σαμίων ὀδύνην ἔστιν ἂν ποιοῦντο μύρατος, id est, Populus Samiorum valde literatus est.

Nam cum SAMII captivi Atheniensium inuissent noctuam, Atheniensis vicissim Samiorum captivis inurebant Samanam, sive ὄδον. Id erat navis genus lato ventre, à prora veluti fuilli nostri speciem præferens, sic dicta, quod à Samiis repetita sit. Verum Aristoteles diversam hujus dicti monstrat originem. Cum Samiorum gens esset afflicta à tyrannide, ob inopiam administrantium Rempubl. coacti sunt aliquot è servis admittere in consortium administrandi magistratus.

Syracusanus, ut dicitur ingenue, & servilis personæ notatur, servus equi charactere inuaserunt. Alex. lib. 5. c. 16.

Catholici apud Indos servi Regis, in facie, & brachio, litera C. impressa candente ferro, notantur. Jo. Metellus.

CONJUGIA.

JULIA lege sanctissimè cautum erat Romæ, ne serva cum homine libero, vel liber cum serva matrimonio copularetur. D Claudius Cæsar ingenuarum mulierum, & liberarum conjugium cum servis tanto odio persecutus fuit, ut præter legem ingenuitatis, præterque instituta majorum, filios inde progenitos non ingenuæ conditionis, sed libertinos esse, juraque libertinorum nasci, & ingenuitatis amittere, lege sanciverit. Alexand. lib. 2. cap. 22.

AHYIN SPONTANEAM. SPONTE SERVI FACTI.

HERCULES Jolen Euryti Oechalæ Regis F. sibi uxorem posecebat. Patre oraculum de eare consulturum dixerat. At Hercules moræ impatiens, Euryti boves abegit. Iphiclium eas repetentem patris nomine, ex alta turri præcipitari iussit. Ob eam causam in gravissimum incidisse morbum creditur. Et quamquam de more expiatus, cum nihilominus langueret, oraculo monitus dicitur, fore ut non prius clade illa desungeretur,

quàm iusto venditus foret pretio, & eaque pecunia Iphicli liberis pro paterna cade repleta esset. Oraculi præcepto usus Hercules, ut priusnam reciperet valetudinem, se venalem præbuit, servivique diu ignotus Omphale virgini, Jardenes, eorum reginæ, qui Meonij olim, mox Lydi fuit nuncupatus, filia. Sed dum servitute servivit, latrones Cercopas nominatos, Lydiæ finibus infestos, partim peremit, partim Omphale vindictas ad supplicium tradidit. Oppressit & Syleum, qui mortales peregre exceptos, servili operæ invitos adigebat. Itonas inde subegit, & ipsos latrocinio infames, eorum urbe fundinis everfa. His præclarè gestis, tum demum agnitus, concessum libertate donatus est, Omphaleque ex eo facta gravida Lammeonem filium peperit, cum ipse servus aliquanto antea ex serva Cleolaum extulisset. Neque vero multo post Jole ipsa, occiso patre, potitus est. Sabell. lib. 7. Evn. 1.

CRETENSES, & LACONES ingenuos filios servilia munia subire cogunt, ut servituti recordatione liberatem magis amarent, Alex. lib. 2. cap. 25.

INDORUM gentes nonnulla pueris adolescentibus, etiam si magnæ fortunæ, & amplis opibus forent, pro servis utebantur, ut eam forem experti, quantum bonum libertatis foret, F agnoscerent. Ibidem.

PHRYGIUS familiare fuisse legimus, proprios vendere filios in eximio ætatis flore, ut si in servili specie multos labores perpassi fuissent, redempti ad omnia aptiores forent. Alexander lib. 2. cap. 25.

THRACIÆ Mulieres, ingenue ortu, voluntaria servitute apud Erythros victum quaritantes servierunt. Paus. in Acbaic.

PETRUS Tlonarius distractis pro amore Christi facultatibus Byzantio Hierosolymam petiit, & servum se Christi causa venalitium fecit. Marul. lib. 1. cap. 5.

FANTINUS Syracusanus Balzario diviti viro, sed gentili, pro servo se locavit, ut haberet, quo aliorum inopie subveniret. Marul. lib. 2. cap. 2.

PAULINUS Episcopus Nolanus, ut subditos suos liberaret à Vandalis, cum nihil haberet reliquum, pro redimendo viduæ filio in voluntariam servitute se conjecit. Sabell. lib. 8. c. 2.

SERAPION Abbas oppidum quoddam infidelium ingressus, cum publice prædicancem de modo pellerent, venundare sese illis cepit in servum, ut saltem cum dominis privatim colloquendi potestatem haberet. Ubi verò frequenter, assiduæque suasionem illum, cui serviebat, credentem de idolorum servitute in fide Christi libertatem vindicasset, reddito ei pretio ad G. liliam transiit. Hoc gentiles erudendi genere etiam Lacedæmonie, & Athenis utam dicunt. Marul. lib. 3. c. 2.

AHYIN COACTAM. INVITE SERVI FACTI.

A QUIBUS COACTI. A

JOSEPH à fratribus ob invidiam Ismaelitis in Ægyptum venditus fuit. Genes. 37.

Servi dicuntur, quibus libertas arbitrio suo vivendi adempta est. Itaque liberis opponuntur: & ex eo appellati sunt quod Imperatores captivos vendere, ac per hoc servare, nec occidere solebant. Hotom. de Verbis juris.

Cum TYNDARIDÆ Aphidnas occupassent, & Helenam fororem à Theeo raptam recepissent, Theci matrem captivam Æthram perhibent Lacedæmonem abstractam, inde cum Helena Trojam. Plut. in Theeo.

ANDROMACHE Hectoris uxor, dum captiva abduçurà Neoptolemo Achillis filio, hoc unum conqueritur, quod co- H gatur servire apud illos, à quibus interfectus sit prior maritus Hector (qua calamitate vix potest esse major miseria,)

Δρακόνιον δ' ἐὶν ἀδύνατον ἴδιον, apud Euripid. in Troadib.

SAMII captivos Athenienses non stuz figura inusta signabant. Athenienses verò Samios vicissim navis figura deformabant. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 18.

ALEXANDER Magnus, everfis Thebis, vendidit Captivos supra xxx. millia, quadragintorum quadraginta talentorum argenti summam coegit. Diad. lib. 17.

NICIAS Atheniensis in Sicula expeditione Hyccara Barbarorum oppidulum exiit. Unde Laidem meretricem ajunt virginem etiamnum fuisse inter captivos hujus facta venditam, ac deportatam in Peloponnesum. Plut. in Nicia.

Sub ALEXANDRO Severo Persæ primum servi apud Romanos fuerunt. Quos quidem, quia indignè ferunt Persarum Reges,

Reges, quempiam suorum alicubi servisse, acceptis precibus reddidit: preciumque vel his, qui manu ceperant servos, dedit, vel in ararium contulit. Lamprid. in Alex. Severo.

APUD ROMANOS animadversum, civilibus bellis captos velut hostes in prædam verti, & venum ire non licuisse: temperque levius servitium apud Romanos dedit, quam captis fuisset. Græcorum petrarò servitute servasse, quare illorum nullus mercatoribus dabatur locus. Alex. lib. 2. c. 20.

TIBERIUS Sempronius Gracchus, cum altero consulatu Sardiniam domisset, tantum ex captivorum adduxit, vel longa venditione res in proverbium abierit, Sardi venales. Plut. in Probi. Rom. aliam adfert causam: nimirum olim inolevisse morem apud Romanos solennem, ut qui ludos ederent in Capitolio, Sardos venales pronunciant, prodiretque puer quispian, per ludibrium monili cinctus, quam bulam vocant. Eum morem hinc ortum putat, quod Veientes Hetruscorum populi, multum temporis cum Romulo bellum gessissent, quodq; horum urbem postremam Romulus expugnasset. Etiam Titus Livius l. 1. narrat, victos quidem à Romulo Veientes, sed tamen vindictam ab urbe munita abstulisse. Unde & Regem ipsum, & cum hoc captivos quam plurimos Romam deductos venales pronunciat. Porro cum Lydi ab initio fuerint Hetrusci (quemadmodum testatur & Herod. l. 1.) Lydorum autem caput erat Sardis: inde factum, ut Hetruscis Sacerdotum nomine pronunciantur venales. Refert eadem Plut. in vita Romuli, licet aliquanto diversim. Debellatis Veis captus est illorum Dux: qui cum esset proceus ætatis, visus est rem imprudentis gessisse, quam pro atate. Unde mos inolevit, ut quoties Romanus per partem victoriam immolaret victricem, senem purpuratum indutum per forum in Capitolium ducerent, bullaque ad collum appensa, quod tum erat puerorum insignem, præco Sardinios venales pronunciant. Hetrusci capti VII sunt, & Hetrusci Sardiniorum coloni putantur. Erasimus.

Cum Q. FABUS Maximus Tarentum cepisset, multi capti sunt Tarentini: sub hasta vendita triginta millia. Urbem exercitus diripuit. In ararium relata talenta tria millia. Plut. in Fabio.

MARCUS, cum in Bruti partibus præturam gessisset, hostis judicatus est: & postea in Philippicis campis superato Bruto, ut perique alii, captus fuit. At tu verò cum servum se fingeret, à Barbula emptus est. Qui cum in eo, & prudentiam, & ingenium animadverteret, esse alius cum servis, ac simul domi gubernandæ præfecit. Sed cum in dies se ipsa videret, modeste præcaque verè urbanitatis plus in eo, quam communiter in servis loquebat esse: secretò compellatum efficacibus verbis urgere cepit, ut si in rebellium numero esset, illud nec occultare, quoniam ejus liberandam rationem inicitus esset. Sed Marcus rifi ducere rem querebat, negans ex eo numero se, sed verè servum esse: eos quoque, quibus ante fuerat, tempusque, quo venundatus fuerat, eum rem veram, apposite narrabat. Verum Barbula, ut certiora hac de re argumenta eliceret, dixit: Velle se Marcum Romam secum ducere, ratus si inter rebelles haberetur, præ timore Romam ire recusaturo. Marcus autem non minus, quam Barbula ingeniosus, assiduat libenter fecuratum. Profectus igitur ad urbem cum Barbula dum ad Consulis vaivas dominum moratur, à cive Romano agnitus est: qui Barbula, ceu amico, cum detexit. Is nulla mentione de hoc cum Marco facta, statim ad Agrippam profectus, per eum ab Augusto, impetravit, ut Marco ignoscere: atque cum postea ad Augustum deduxit, à quo in amicorum numerum receptus est. Non multo post, Barbula inter Antonii amicos, post Actiacam pugnam captus est, atque incognitus à Marco emptus. Sed cum D Marcus paulò post Barbulam esse cognovisset, ab Augusto salutem ejus impetravit. Horum casibus fortuna satis varietatem suam expressisse videtur, cum eum, qui Prætor fuerat, servum fecit: nec multo post egit, ut dominum, cui Prætor servierat, Marcus servum haberet. Fulg. lib. 6. c. 11.

Piratis.

Vide Tit. Capti à Piratis.

QUOMODO.

Vi capti.

Ab Hostibus, à Piratis. Quod præcedentes habent Tituli. Jure Empti.

Mos inolevit quandoque, ut mercatores falis vim magnam in mediterranea subvectantes, à Barbaris plerunque gentibus eo nomine Mancipia reciperent. Thracum verò populis peculiaris fuit in primis, sale mancipia commutare, que inde L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

apis ἀδὸς ἵρραρῶν λέγεσθαι, id est, sale contempta comparatave. Addit Eustathius, nuncupari quoque ἀδύνατον σαλάτιον, E que intelligit ἀδύνα, id est, empti vili. Lemnii etiam vino mancipia sibi querebant. Servus autem argento comparatis primium ufos esse Chios, Græci produunt. Cælius lib. 25. cap. 19. Sic Comicus quidam:

Ὁπὲς ἱρρῶν ἐὶν πρὸς ἀδὸς ἵρραρῶν λέγεσθαι. Generosus est Thrax, sale redemptus scilicet.

Erasmus in Adag.

Mancipia olim vendebantur pileata, quoniam pileus impositus demonstrabat ejusmodi servos venundari, quorum nomine, emptoris venditor nihil præstaret, neque emptor errorem suum venditoris fraudi imputare posset. At mancipia jure belli capta coronis induta veniebant, & idcirco dicebantur sub corona venire. Quamvis alii captivos sub corona venundari arbitrentur, quod milites custodiæ causa captivorum greges circumbestarent, quæ circumfatio militum corona fit appellata. Gell. 17. c. 4. ex Cælio Sabino l. c. 19. M. Catone De lapide emptus, in vilissimum, & vehementer obscurum hominem proverbio dicebatur. Nam inter servorum genera (siquidem juxta probentur, ut si dicitur πρὸς δόλον) extremæ notæ habebantur emptitii, potissimum, qui palam in foro vendidit fuissent. Julius Pollux lib. de Res. voc. 3. lapidem, unde quondam vendebantur mancipia, πρὸς πρῶτον πρὸς δόλον, πρὸς δόλον, πρὸς δόλον appellat. Erasimus. Alter Cælius. De lapide empti dicuntur mancipia scelerata, & rube Tarpeja, e qua præcipitarentur, digna. Sic vulgò redemptum aliquem de furca dicimus. Cælius l. 25. c. 22. Antiq. Lett.

ROMANI veteres vilissimo olim creta genere pedes venalium trans mare advektorum denotare instituerant. Ialem Publicum Syrum mimice scenæ conditorem, & astrologia confobrium ejus Manlium Antiochum, itemque grammaticæ Taberium Erotem, eadem navidavectos, videre proavi. Talem in catasta videre Chrylogonum Syllæ, Amphionem Quinti Catuli, & Heronem Lucii Luculli, Demetrium Pompei, Augenque Demetrii (quamquam, & ipsa Pompeii credita est) Hipparchum Marcii Antonii, Menam, & Nemeceum Sex. Pompeii, aliosque deinceps è sanguine Quiritum, & proscritionum licentia ditatos. Hoc est insigne venalitis gregibus, opprobriumque infolentis fortunæ. Plin. l. 35. c. 17. 18. Unde Juvenalis Sat. 1.

Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis.

DAPHNIN servum grammaticum Cn. Pifaurensis vendidit M. Scauto principi civitatis tribus millibus, & 700. sestertiis. Plin. G lib. 7. c. 39. hoc maximum servi precium ad sua usque tempora fuisse, scribit.

PARONETEM spadonem Sutorius Prifcus magna pecunia vendidit Scjano.

MOSHOVITÆ omnes communiter Servos emptos, aut captivos habere solent, quos moriturus frequenter manumittunt. Illi tamen continuo virtutis afflicti, aliis dominis pecunia accepta in servitute vendunt. Guaguinus in descriptione Moschovia, cap. 4.

Recepti.

Servus receptus, nequam, & nullius precii, qui cum venum esset datus, redhibitus ob aliquod vitium, receptusque fit. Gellius l. 17. c. 6. ex Varro. Flacco.

CUR SERVI FACTI. OB IMPITATEM.

JOSEPHUS contra Apionem, apud Hebræos multos fuisse servos scribit, & ejus servituti originem profectam à Chanaan filio Cham, qui fuit unus ex filiis Noe, & is enim tres genuit, Sem, Cham, & Japhet. Quippe Cham, cum videret patrem Noè, fortè ebrium, humi parum honestè jacentem, derisit eum apud fratres. Quare pernotus senex, Chanaan nepotem, ex filio Cham, servitute multavit, re tum nova, ac gravissima, ut in lib. Genesios c. 9. habetur.

Ingratitudinem.

APUD ATHENIENSES decretum erat, ut contumax, & ingratus Servus libertate donatus, sub mancipio in posterum esset, eò quod libertate uti nescisset. Valer. Max. l. 2. cap. 1. de Inst. antiq. Alex. l. 1. c. 39.

AD ROMANOS si Servus ex clementia domini libertate donatus dominum suum detulisset, domino in servitute restituebatur. Val. l. 2. c. 1.

Libidinem.

VESPASIANUS edicto statuit, ut Libera, quæ se alieno servo junxisset, ancilla haberetur. Alex. l. 4. c. 22.

O

ΦΤΑΑ-

OTAKHN.

A SPONTE SERVI MANENTES.

Apud ISRAELITAS si quis captus amore domini septimo anno manumitti nollet, perpetua servituti addebat. Exod. 21. & Deut. 15.

INVITE SERVI MANENTES. Utpote venditi. Vide Empti Servi. Doto dati.

ARTABAZEM Parthorum Regem, & Tigranis potentissimi Regis filium, bello victum, Cleopatrae meretrici Regiae, cum mancipium silius, dono dedit M. Antonius, cum praeda, & Perficis voluit. Nempse ut quod illustrior fuerat victoria, coarturior foret largitio, qua Rex tanto deformaretur ludibrio. Celsus lib. 9. c. 18. Antiq. Lect.

* SERVORUM VICTUS, ET DIETA.

Cavendum monent veteres Politici, ne nimis mollior, & delicatior servi nutriantur: alioquin infatigabilium incrementum recalcitrant, sicutque contumaces.

Apud ROMANOS teste Polybio, servi vino abstinebant, quod non nisi modicum dandum iisdem, Aristoteles lib. 1. cap. 6. Oecon. censuit.

Ceterum tam GRAECI, quam ROMANI accuratam dietae servilis rationem habuerunt. M. Cato de re Rustica, mensuram cibatorum, vini, atque pulmentarii familiae dandi diligenter, accurateque scripsit hunc in modum. Familiae cibaria, qui opus facient per hyemem tritici modios IV. per aestatem modios VI. S. Vili, vili, epistatae, opilionis modios III. Compeditis per hyemem panis P. IV. vinum familiae, ubi vindemia facta est, loram bibant menses III. Heminas in dies, id est, in mense congios II. S. Mense quinto, sexto, septimo, octavo in dies sextarios, id est, in mense congios quinque: nono, decimo, undecimo, in dies heminas ternas, id est, amphoram. Hoc amplius Saturnalibus, & Compitalibus in singulos homines congios. Summa vini in homines singulos inter annum, cum compeditis uti quicquid operis faciens proportione addito. Eos non est nimium in annos singulos vini quadrantaliam exhibere. Pulmentarii familiae oleae caduca, quam plurimum conditio. Postea oleae tempelivas, unde minimum olei fieri poterit, eas condito, paritico, uti quam diutissime durent, ubi oleae comestae crunt, halem, & acetum dato. Oleum dato in menses unicusque sextarius, id est, salis unicusque in anno modium satis est.

Certum igitur servis, & quidem largum satis, copiosumque victum quotidie suppeditantur. Hunc Graeci Chanice olim illis distribuere, ut illi vicissim operis penum absolverent: unde & Chanix *υπαρτοροπις* ab Alexarcho, quia in diem victum continent: & *υπαρτοροπις* hoc est, diurnus sive diarius cibus, teste Suida, dicitur. Et idcirco Apollo Pythius Corinthios, quod servos possiderent quadragies sexies millies *χουμιστροπις* appellavit teste Athenaeo l. 6. *Δυπνοσ*.

Victus ille certus, & definitus servorum a Rom. demensum, nec non diaria fuit accipitatus, hinc illud apud Terentium in *Phorm.* Quod ille unquam vix de demensum suo, suum defraudans genium comparit miser. Donatus hoc loco notat servos in mensum quater nos modios frumenti accipere solitos, fuisse. Juvenalis Sat. 14.

D Servorum vitres modio castigat iniquo. Quo alludit Antipho, apud Plautum in *Syrcbo*, cum servos suos alloquens, inquit:

Vos meministi, quot (id est singulis) Kalendaris petere dimensum cibum.

Qui minus meministi, quod opus sit factu, facere in adibus. Demensum a demetico est dictum, non a mense, ut nonnulli putant; Diaria autem idem quod victus diurnus, quem etiam *δαιτυρον* a Graecis appellari testatur Celsus Rhodiginus lib. 12. cap. 18.

* CONVIVIA, ET FESTA.

Erant etiam olim festa quaedam, & solemnitates, quibus domini servis suis convivia, & epulas adornabant, quorum exempla aliquot ponit Athenaeus lib. 4. *Δυπνοσ*.

Apud ROMANOS Saturnaliorum diebus moris fuit, ut domini famulos suos convivio exciperent, ipsique servorum officio fungerentur.

Haec consuetudo apud Graecos quoque in usu fuit. Nam in Creta festo Mercurialium convivantibus servis domini ministrabant.

Idem mos fuit apud TREZENIOS, apud quos mense Garestione per aliquot dies multae festivitates celebrantur, quarum in una servi cum civibus a tragalis ludebant, & servis domini convivium praebebant.

Idem Athenensium BEROI, atque CTESIAE historicorum testimoniis comprobatur 16. Cal. Sept. festum Saccan dictum in urbe Babylone 5. dierum spatio celebrari fuisse solitum, quibus moris fuerit, ut servi domini imperarent, & illorum aliquis, ista regiae similitudine (quem Zoganem appellabant) universae familiae praeficeret.

In factis quoque literis huius rei exemplum nobis ab ipso Christo proponitur, cum ait Luc. 12. Beati servi illi, quos cum venerit Dominus, inveniet vigilantes: Amen dico vobis, praecinctus faciet, ut discumbant, & prodiens ministrabit eis, hoc est, interprete Theophylacto, promptus, & paratus erit ad servus suis dandam plenum, & perfectam quietem animi, atque corporis (*το οτι ανωκευρωτος ειναι το σπυμα ανωκευρωτος*) & ad illorum fida officia, atque ministeria remunerandum.

Huc referri possunt Eleutheria, quae erant dies festus, & epulae laetiores, quas servi libertate donati celebrabant. Horum mentio fit apud Plautum in *Perfa* Basilicè agito Eleutheria. Dicta sunt etiam *δαιτυρον* facta quaedam apud Samios *πρωτορι*, hoc est, amoris Dei dedicata.

Huiusmodi autem festivitates, atque epulae tanto sunt admirabiliores, quo vilior, & abjectior olim servorum fuit conditio, quibus ex communi fere omnium gentium more ad hierlem mensam, & ad ingenuorum, liberorumque convivium, atque sacrificia accedere minime licebat, ut docet Athenaeus.

Poterunt supradicti tit. de Servis multum illustrari, & augeri ex Locis de Clementia, Humanitate, Cruelitate, Severitate, &c. quatenus erga Servos exercentur.

* SERVI LIBERTATE DONATI.

Pete ex Loco de Libertate nonnulla.

APUD HEBRAEOS.

Circa servos HEBRAEORUM ita reperitur a Deo constitutum. Exod. 6. 21. Si emeris servum Hebraeum, sex annis serviet tibi. In septimo anno egredietur liber gratis, nempse anno septimo omnes servi donabantur libertate, etiam si unico dumtaxat servitute tulissent. Per servos autem mancipia intelligamus illa namque emuntur. Vult autem Deus in sequentibus, ne exeat veste lacera, sed honesta, cum uxore sua, quam prius habuit, secus erat de illa, quam ei heres dederat, quae manebat heredo, & cogebatur cum ea facere divortium servus.

Aliud erat de servo Gentili, qui nec septimo anno, uti nec in Jubilaeo manumittebatur, nisi pretio redimeretur: ut patet Levit. 25. *vers. 46*. nisi ab herede sit notabilis iniuria, aut mutilatione affectus, ut colligitur supra *vers. 26*.

* APUD ROMANOS.

Apud ROMANOS servus manumittebatur, quando ad mensam sui domini admitteretur. Eratque id libertatis signum. ex *Junia Novantia*.

Plura vide tit. Servi Liberti facti, in Loco de Libertate.

* APUD CHRISTIANOS.

Si dominus sit Judaeus, aut Paganus, subiectus iurisdictioni Principis Christiani: vel si sit haereticus, servus Christianus sit eo ipso liber. L. Deo nobis 56. C. de Episcop. & Cleric.

Ex eadem lege constat etiam illorum servos infideles ad Ecclesiam venientes, ut fiant Christiani, reddi libertati.

Solent autem Christiani nonnunquam intuitu Religionis servos eximere iugo Barbarorum, perfoluto pretio barbaris dominis, qua de re occurrit exemplum a Gregorio Magno demandatum Vitali defensori, cui lib. 9. *epist. 18*. sic scribit: Bonificium praesentium poritorem, notarium nostrum, ad hoc nos experientia tua illic transmississe cognoscit, ut in utilitatem parochie barbaricina debeat mancipia comparare. Et idcirco experientia tua omnino, & studiosè, sollicitè que currat, ut & bono pretio, & talia debeat comparare, quae in ministerio parochiae utilia valeant inveniri.

Barbaricina autem mancipia eum hoc loco vocare, quae sunt barbara, & Christi servitio aliena, norum est, cum aliunde, tum ex alia quadam epistola, cuius inscriptio est, *De Barbaricinis convertendis*, in qua Praefidi Sardiniae scribit, Quia multi de barbaris Provincialibus Sardiniae ad Christianam fidem dicuntur,

centur, Deo propicio, devotissime festinare, magnitudo vestra studium suum hanc in causam decenter accommodet, & fratri, & Coepiscopo nostro Victorino convertendis, baptizandisque eius studiosè concurrat.

Idem GREGORIUS candido Presbytero, eunti ad patrimonium S. Petri, quod erat in Gallis, inquit, ut ex solidis, quos acciperet, compararet vestimenta pauperum, vel Paganos pueros Anglos, qui ab annis decem, & septem, vel decem, & octo erant, ut in Monasteriis dati Deo proficerent.

Ceterum Christiani, cum Principes, tum plebei, cum recogitarent servos suos, eodem pretio redemptos esse a Christo, quo ipsi sunt redempti, & proinde cum dominis suis esse in Christo, & conservos, & confratres, noluerunt eos in servili subiectione manere.

Quid quod multi poterant Christiani, dum suas familias ad Christum trahere cupiebant, omnes suos servos, qui Christo nomina sua dare volebant, sibi enter ingenuitate donabant. Inter quos emicuit illustris viri Hermes praefectus Urbis, quem Alexander Papa baptizavit, cum uxore, sorore, filiis, & cum iis pariter mille ducentos quinquaginta servos ejus, eorumque uxores, & filios. Quos quidem Hermes, in die sancto Pasche, prius libertate donatos, iam demum curavit baptizari, baptizatique multa est dona largitus. *Heda in Martyrio Isidori Alexandri*.

Eundem in modum gemini fratres, SERVATIUS, & PROTHASTIUS res suas dederunt pauperibus, & familiolae suae, quam etiam ingenuam fecerunt, ut testis est apud Ambrosium Philippus, qui eos capite caesos furtim sepelivit.

Multum etiam inter Christianos decrevit numerus servorum per manumissiones, quae cum antea inter Paganos ob merita bona usitate fuerint, multo tamen celebratior eas fecit Christiana pietas. Quod ex unico formulari Gregorii Magni, quod in Registro ejus extat, admiraveri potest, ubi dicit salubriter pietatis intuitu servis, manumittentis beneficio, libertatem reddi. Sed ipsam manumissionem adscribam, ut intueamur quomodo a Romano Pontifice emanarit. Cum ait lib. 5. cap. 12. Redemptor noster, totius conditione creaturae, ad hoc propitius humanam voluerit carnem assumere, ut divinitatis suae gratia, dirupto, quo tenebantur captivi, vinculo servitutis praesentis non restitueret libertati, salubriter agitur, si homines, quos ab initio natura liberos protulit, & per gentium iugo subitit servitutis, in ea natura, in qua nati fuerant, manumittentis beneficio libertati reddantur. Atque idcirco pietatis intuitu, & huius rei confidentatione permotus, nos Montanum atque Thomam, famulos sanctae Romanae Ecclesiae, cui, Deo adjuvante, deservimus, liberos ex hac die, civesque Romanos effecimus, omnique vestrum vobis relaxamus servitutis peculium. Et quia, tu Montane, animos ad conversionem faceris applicis Mo-nachicam, idcirco duas uncias, quas tibi quondam Gaudiosus Presbyter, per supremam suae voluntatis arbitrium, institutionis modo, noscitur reliquisse, hac die tibi donamus, atque concedimus, omnia scilicet monasterio sancti Laurentii, cui Constantia Abbatissa praesidet, in quo converti, Deo adjuvante, festinus, modis omnibus profutura. Si quid vero de rebus supra scriptis Gaudiosus te aliquo modo celasse confiteri, id totum Ecclesiae nostrae iuri sine dubio mancipetur. Tibi autem inter notarios volumus militare, quinque uncias, quas praefatus Gaudiosus Presbyter per ultimam voluntatem haereditario tibi nomine dereliquit, simul & sponsalia, quae matri tuae conscripserat, similiter hac die per manumissionis paginam donamus, atque concedimus, ea sane lege, atque conditione subnexa, ut si sine filiis legitimis, hoc est de legitimo susceptis conjugio, te obire contingerit, omnia, quae tibi concessimus, ad jus sanctae Romanae Ecclesiae, sine diminutione aliqua remittantur. Si autem filios de conjugio, sicut diximus, cognovisti, susceperis, eosque superstitibus reliqueris, eandem rerum dominum sine quadam statutum conditione persistere, & testamenti de his faciendi liberam tibi tribuimus potestatem. Haec igitur, quae per huius manumissionis chartulam statutimus, atque concessimus, nos, successoresque nostros sine aliqua scitote reflagatione servare. Nam iustitia, ac rationis ordo suadent, ut qui sua a successibus desiderant mandata servari, decessoribus suis proculdubio voluntatem, & statuta custodiant. Haec autem manumissionis paginam Paterio notario scribendam dicitavimus, & propria manu una cum tribus presbyteris prioribus, & tribus Diaconis.

L. B. Theatr. vita Ham. VII.

nis pro plenissima firmitate subscripsimus, vobisque tradidimus. Actum in urbe Romana. Vide infra Servitutum praescriptions.

* SERVORUM MANUMISSIONES

ECCLESIASTICAE.

Augustinus ser. 2. de communi vita Clericorum, de Diacono Hipponensi loquens. Antequam esset, ait, Clericus, emerat aliquos servulos, hodie illos in conspectu vestro manumissurus est. Episcopalis gestis. Et de alio: Aliqui servuli ejus reliqui fuerant, jam quidem in monasterio viventes, quos tamen gestis Ecclesiasticis manumissurus est hodie.

Huiusmodi autem Ecclesiasticae manumissiones per Ecclesiam defendebantur. Unde in priore Concilio Arausico legitur. In Ecclesia manumissos, & per testamentum Ecclesiae commendatos, si quis in servitute, vel obsequium, vel ad colonariam conditionem imprimere tentaverit, animadversione Ecclesiastica coercebitur. Quia autem haec fiebant in conspectu Ecclesiae, ideo quando propter facti memoriam vice adorum interponebatur qualicumque scriptura, in ea aliqui praesentes vice testium, nomina sua signabant, ut nominis Constantinus Augustus scribens ad Protogenem Episcopum, cuius verba Iulianus suo Codici inseruit, ad titulum: *De his, qui in Ecclesia manumittuntur*.

Sed non minus manumissionem Ecclesiasticam illustrat altera Constantini constitutio, eodem in loco relata, & ad Ofium directa. Qui, inquit, religiosa mente in Ecclesiae gremio servis suis meritam concesserint libertatem, eandem eo iure donasse videantur, quo civitas Romana, solemnitatibus decursis, dari consuevit. Sed hoc duntaxat his, qui sub aspectu plebis, vel antistitum dederint, placuit relaxari.

Ceterum non istae ceremoniae requirebantur quando Clericus privatis suis famulis volebat libertatem tribuere. Subiicit enim Christianissimus Imperator: Clericis autem amplius concedimus, ut cum suis famulis tribuunt libertatem, non solum in conspectu Ecclesiae, ac religiosi populi, plenum fructum libertatis concessisse dicantur: verum etiam, cum postremo iudicio dederint libertatem, seu quibuscumque verbis dare praecerint, ita ut ex die praedictae voluntatis sine aliquo iuristae, vel interprete competeret libertas.

Has autem CONSTANTINI leges Guilielmus Fornerius antecessor Aurelianensis, in selectionibus, formulis aliquot Franciscus ex lapidibus, & veteribus membranis desumptis, illustravit. Est etiam in Codice Theodosiano abbasimilis Titulus de manumissionibus in Ecclesia.

Breviter CAROLUS Simplex: ad Remigii venerabilis Archiepiscopi deprecationem, servum, ait, iuris nostri nomine Anselmum, manu propria, a manu illius excutientes denarium fecundum legem Salicam, liberum cum omnibus, quae habet, vel quae acqviserit, fecimus, & ab omni iugo servitutis astruimus. *Apud Paradinum l. 2. b. 1. Lug. dun. c. 24.*

Manumissiones autem nonnullae fuerunt absolute, aliae conditionales, quod ex responso INNOCENTII III. animadverti potest. Is enim interrogatus an servus traditus militiae clericali, possit se ad aliam transferre Ecclesiam, respondit: In eo credendum distinguendum, utrum eo tenore fuerint manumissi, & ordini clericali obligati, quod manumittenti Ecclesiae, dum vixerent, deberent impedere famulatum in obsequiis divinum, & tunc transferendi se ad aliam esse eis licentia deneganda: vel manumissi extiterint absolute, sicque libertatem habeant ad aliam transfundi.

Huc etiam refer, quod TOLETANI Patres nonnullos servos ad Clericatus ordinem admiserint, nisi qui directa manumissione absolute essent: Quicumque, inquit, libertatem a dominis suis ita praecipiant, ut nullum sint in eis obsequium patrum retentet, isti, si sine crimine liberi, ad Clericatus ordinem liberi suscipiantur, quia directa manumissione absolute noscuntur. Qui vero retento obsequio manumissi sunt, pro eo quod adhuc patroni servitute tenentur obnoxii, nullatenus sunt ad Ecclesiasticum ordinem promovendi, ne quando voluerint, eorum domini fiant ex Clericis servi.

Frequentissimum autem, & usitatissimum fuit apud maiores nostros, quod cum in Ecclesia servos suos manumitterent, in recognitionem donatae libertatis voluerint Ecclesiae, in qua manumissionem fecerunt, praestari, ac perfolvi annum aliquem censum, eo modo protestantes se donatio-

nem talem facere in remedium animarum suarum, & ad honorem Dei, & sanctorum eius, & precipue in honorem illius Sancti, qui patronus est loci, in qua manumissio fit.

Extat in Affligio Brabantia monasterio, manumissio Renouendis puella, quam HENRICUS Comes Lovanienfis, & advocatus patrie Brabantensis, natalitio iure sibi ancillam, libertate plenaria decoravit, & S. Petro in Affligio obtulit ea conditione, ut singulis annis ad vincula S. Petri duos denarios in altari perfolvat: si vero ad nubilem aetatem pervenerit, sex denarios: duodecim denique, cum ipsa, atque aliquis de eius stirpe obierit.

Habet etiam Lovanienfis D. Petri Ecclesia literas in quibus, GOSOBINUS, & HENRICUS, Domini de Goethencourt, milites, Alardum de Doufart, intuitu divina remunerationis manumiserunt, & a servitute servilis conditionis, qua ipsis fuerat affricus, in altari sancti Petri quietamaverunt (hoc enim verbo utuntur) ad annum censum capitis unius denarii cum supportantes. Quas literas suo sigillo roboravit, an. 1250.

Eodem pertinent breves Monasterii Filderbacensis literae. Noverint tam praesentes, quam futuri, quod HENRICUS Miles de Bruc, post obitum filiae suae Mabiæ, uxoris Simonis de B. Bussi, tam filios, & filias Mabilie, quam omnes successores eorum per annum censum denarii unius in Ecclesia Filderbacensi liberos tradiderit, ac ipsos libertate conditionis fecerit.

* SERVITUS APUD BELGAS QUANDO DESERTIT.

Cum communi quasi totius Christianae Reipublicae consensu servitiam inter Christianos esse desinerent, non postremos fuisse Belgas animadverti potest ex constitutione nobilissimae Virginis Margaretae Comitissae Flandriae, quam in Ecclesia Insulensis Archiepiscopi, asservari intelligo. Unde mirum non est, posterioribus seculis majores nostros in Belgio summo favore personarum libertatem prosecutos esse, neque ullum in suis regionibus misera servitutis usum admisisse.

Ad cuius declarationem unum proferam exemplum, ut cognoscatur quid jam pridem de re nata de liberali causa constitutum sit. Insuper quidam Lusitaniae emerit mancipium quoddam, Simonem nomine, colore fulcum, quales sunt quos albos Mauros dicimus compunctum notis literarum P. & M. in utraque mala. Istud mancipium, ut à Domino auferretur, in his provinciis latitare, aut vagari putabatur. Porrectus est itaque in Senatu secreti consilii Caroli V. supplex libellus, quo inceptor servum suum sibi vindicare volebat, quem, ut moribus Hispaniae receptum est, suum esse iure domini, tituloque emptionis, dicebat. Senatores autem secreti Consilii, quod negotium propositum magni esse momenti, atque in exemplum sapie alias trahi posse arbitrantur, etsi existimarent non esse annuendum precibus supplicantis, priusquam id responderent, voluerunt sibi à magno Concilio Mechliniensi significari, quid de proposita hypothefi ex aequo, & bono statuendum videretur. Rescripserunt autem Patres Consilii, in eandem sententiam proclives, ejus petitionem nulla firma ratione nisi, propter quod moribus, usque nostrae gentis jam dudum servilis personarum conditio sit antiquata, & omnium contraria ei libertas optime conservata.

Ex his autem monumentis facile intelligitur, verum esse, quod NICOLAUS Clenardus ex Fela scripti Abbatis Tonger-Dioeni. Audio, inquit, in Brabantia, & ceteris illis regionibus Caesaris extra Hispaniam, non posse haberi servos, sed statim eos liberos fieri, invito domino.

* SERVITUS MANUS MORTUAE.

Servitus manus mortuae est illa. Solebant antiquitus in ditione Leodiensi, mortuo aliquo rustico, illius manus abscindere dextram, camque Domino praesentare, cum profectione, quod non amplius est servitute. Ita Chronogr. Leod. in App. ad Marian. cap. 28.

Sustulit hanc ALBERTUS Episcopus Leodiensis, frater Godofredi Ducis Leodiensis, camque edicto perpetuo obliteravit.

SERVITUTES.

Ac primum

SERVITUS CORMEDA.

Fuit in quibusdam Ecclesiis consuetudo, ut, moriente aliquo, Capitulum sine Ecclesia haberet optionem rei alicuius ad defunctum pertinentis, vestis videlicet, annuli, equi, aut similibus, quam in suam redigebat potestatem per modum recognitionis. Quam servitute Cormedariam appellabant, à ficta voce Germanica. huer. beben. quod est habere electionem. At ista servitus plerisque locis fuit redempta pecunia, mox summa aliqua minori, tandemque evanuit.

Unde CAROLUS Augustus in edicto dato Colonia Cal. Sept. an. 1349. citato à Joan. Molano l. 3. de Canon. c. 26. cum multi fractarii etiam addito perjurio cormedam negarent, regio decreto fancivit, homines servituti obnoxios, colonos, aut quoscumque alios, non posse per proprium juramentum evadere: si quo minus Trajectensis Ecclesiae Episcopus, Praelatis, ac Ecclesiasticis personis solvant censum, certam, vestes, equos, pecora, & jura, vulgariter cormede dicta, aut alias res, in vita, vel post mortem debitas, sed eos obligari, quandocumque supradictae personae Ecclesiasticae per septem menses conditionis homines jus suum edocere possunt.

Huc etiam pertinet quotidie S. HENRICUS Imp. cum dilecta Chunegunde, in fundatione Monasterii S. Michaelis apud Bambergam, donatis tredecim principalibus curtibus, adjectis de colonis: Debita servituta aratorum in tribus vicibus in anno; ovorum in Pascha, casorum in Pentecoste, pullorum in carniprivio, & hebdomadalia servituta dictae nostrae Ecclesiae ab omnibus, ut condecet, impendantur. Censum autem ultimum, per quem utique obmissa, vel neglecta suppleantur servituta, jus videlicet capitale, à viris decedentibus optatum eorum, vel si careant, optimum caput pecoris: & à foeminis induitas, & exvivas transmitti ad Ecclesiam ordinamus: ut cum famulis Ecclesiae in divinis servitibus communionem plenariam consequantur.

SERVITUTUM PRÆSCRIPTIO.

Servitus merè personalis, quae debetur personae à persona, nullo tempore praescribi potest, id est, utacapione acquiritur L. finali, C. de longi temporis praescriptio. idque verum est, etiam si bona fide putans esse servum, emiserit, ratio est, quia aequitas non patitur, hominem liberum fieri servum ex errore opinionis.

Servus tamen praescribit libertatem contra dominum, si per 20. annos bona fide putaverit se liberum: & etiam si titulum libertatis non habeat. L. 2. C. de longi temporis praescriptio. quae pro libertate. Gomez. n. 26. hoc constitutum est in favorem servorum. Servitus mixta, quae à re debetur personae, ut est usufructus, praescribitur cum titulo 10. annis inter praesentes, & 20. inter absentes: sine titulo annis 30. L. fin. C. de praescriptio. longi temporis.

Servitus merè realis, sive sit continua, vel quasi continua: (ut tigni immittendi, oneris ferendi, stillicidii, aquaeductus) sive discontinua: (ut eundi per tuum praedium, agendi iumentum, ducendi currum) cum titulo, & bona fide praescribitur 10. annis praesente eo, contra quem agitur. 20. vero eo absente, estque haec communis DD. sententia. ex L. finali, C. de praescriptio. longi temporis.

Servitus merè realis, si sit continua, vel quasi continua, absque titulo, cum scientia, & patientia adversarii praescribitur decennio inter praesentes, vicennio inter absentes, discontinua vero absque titulo, non praescribitur nisi tempore immemorabili, id est, ejus initio non extet memoria. Prior pars hujus sententiae est communis DD. ex l. 1. §. 2. C. de servitutibus, & aqua: eamque tradit Gomezus tom. 2. c. 1. §. n. 27. si enim dominus, vel is, ejus interest, scit, & permittit tanto tempore, censetur hoc jus sponte concedere. Altera est etiam communis, ex L. servitutibus, §. de servitutibus.

V usufructus, & omnis servitus, quae non usu amittitur, extinguitur 10. annis inter praesentes, & 20. inter absentes: habetur L. penult. C. de servitutibus.

Adverte esse differentiam inter servitutes rusticas, & urbanas. Nam rusticae servitutes, sicut & usufructus, extinguuntur per solium usum: nec requiritur, ut dominus praedii aliquid faciat, quo incipiat uti capere suam libertatem: (ut habetur L. Haec autem jura C. §. de servitutibus urbanorum) vel ut nefciat re jus habere. Itaque jus itineris, agendi iumentum, ducendi plaustrum, derivandae aquae per praedium alterius, pascen-

pascendi pecoris, aquandi, arena fodienda, & similia, amictis solo non usud decennium, si praesens sis, si absens, per vicennium. Urbanae autem non amittuntur solo non usu, sed requiritur, ut possessor, loci debentis servitute, aliquid faciat bona fide, quo incipiat uti capere suam libertatem, ut habetur d. l. Haec autem jura. Vide plura apud Gomez, tract. de servitutibus, tom. 2. cap. 15.

* DE SERVITUTE, ET SERVIS.

ETHNICORUM DICTA, ET EXEMPLA.

Erat Diogenes servus nomine Manes, is cum profugisset à domino, admonuerunt amici, ut fugitivum investigaret. At ridiculum, inquit, Diogenes, si Manes absque Diogene vivat, Diogenes absque Mane vivere non possit. At multi servos insequuntur, ut ulciscantur. Diogenes spectabat usum. Melior autem philosphus est, qui paucioribus eget. Nolebat itaque hic ferre videri deteriori. Laert. l. 6. Idem, cum esset emptus Diogenes, perinde quasi ipse Xeniam emisset, dixit illi: Vide, ut iustus meis parcas. Cūque ille diceret, & ποταμῷ, significans rem praeposterè agi, si servum impertit hero: Si medicum, inquit, Diogenes, emisses ager, non illi praescribenti obtemperares? an diceret, & ποταμῷ? Si herus corpore male affectus aulcatur ferro rei medicae perito: multo magis deest animo agrum aulcaturate servo philosphiae perito, quod enim ars medica praestat corpori, hoc philosphia praestat animo: illa medetur febri, haec pravis cupiditatibus. Quanto autem animus praestat corpori, hoc illius morbi sunt, quam hujus, graviores. Laertius addit, cum à praecone rogaretur, quo titulo velleret praeter eum quem dicitur, Huc, inquit, me vende: nam is eget Domino. Idem dicebat, inter servos, ac dominos malos praeter vocabula nihil aliud interesse, nisi quod mancipia servant dominis, domini cupiditatibus, significans utroque esse servos: miseriores servitute servitute dominos, quam mancipia, si sint improbi. Nam qui ducitur affectum arbitrio, & multos habet dominos, & turpes, & inclementes. Laert. lib. 6.

Cum ATHENIENSIS servum ANTIGONI, honoris gratia, petinde, ut ingenium in civium numerum adscripsissent: Nequaquam, inquit, Antigonus Rex, vel unum Atheniensem à me loris cadi: significans, perillos factum, ut unum civem Atheniensem post loris cadere quippe servum: sed Athenis esse plures uno commentos, ut à rege loris caderentur, qui servum alienum, quod in ipsis fuit, manumitterent. Plut. in apoph.

Cum DIAGENES ex libertate in servitute venderetur, & cum quidam emere vellent, liquid servituti sciret, percontatus est, Respondit: Novi, inquit, hominibus liberis impetare, at ille cum manumissio, filioque ei tradens: Accipie, inquit, liberos meos, quibus impetare. Aut. Gell. lib. 2.

GORGO Cleomenis filia, cum videret Aristagoram à quopiam à famulis calcari: Quid, inquit, pater! Hospes iste manus non habet. Existimabat, non ferendas viri delicias, qui in eo abutebatur famuli opera, quod ipse suis manibus facere sibi poterat. Et non pudet quosdam, quibus vestendis, comendisque vix decem famuli sufficienti. Opus est famulo, qui venirem exonerato solvat ligulas, qui fenum, aut lanam potrigat extensuro, ac minimo minus, qui abstergat. Eras. in Plut. in Lacon.

HADRIANUS Imper. cum servum suum videret inter duos leonatos ambulantes, misit, qui illi colaphum impingeret, diceretque: Noli inter eos ambulare, quorum adhuc potes esse servus, simul senatoris dignitati consulens, & servi castigans insolentiam; quam de Caesare hero sumperat. Ex Diogene Cassio.

ALEX. Severus nunquam utebatur curso, nisi servo suo, dicens, ingenium curtere nisi in sacro certamine non debere. Eius. Lamprid.

BION dicebat, bonos servos esse liberos: improbos autem liberos multis cupiditatibus servare. S. Rob. ferm. 2. §. 60.

GALLICRATIDIS interrogatus, quod genus hominum essent Jones? Liberi, inquit, mali, sed servi boni: significans, illos necesse impetare, ac libertate uti, sed servitute aequo animo ferre: videlicet referendos ad secundum hominum genus juxta distinctionem Hesiodi, qui per se quidem non sapiunt, sed parent rectè sapienti. Plut. in Lacon.

LACENA quaedam captiva, cum interrogaretur, quid sciret? probè, inquit, regere domum. Et haec non vulgaris ars est in muliere. Plut. in Lacenarum apoph.

L. B. The at. vir. Human. Tom. VII.

Quaedam à licitatore interrogata, num esset futura proba, si ipsam emeret? etiam, inquit, si me non emeris. Plut. Cum in auctione praeco rogare illam, quid sciret? Libera, inquit, esse: significans, sese captivam quidem esse, ceterum ad illiberalia iusta, non paritaram. Itaque cum emptor imperasset quaedam non convenientia libertate: Plorabis, inquit, qui tibi ipsi aalem invidis possessionem, moxque sibi necem conficit. Plut. in apoph. Lacenarum.

Puer Spartanus captus ab ANTIGONO rege, ac sub hasta venditus in ceteris omnibus, quaecumque putabat ab ingenio decenter fieri posse, obsequens erat ei, qui ipsum fuerat mercatus: ceterum iustus asserit matulam, haud sustinuit, dicens non serviam: At cum inlaret herus, puer confesso dicto, dixit: Senties, cujusmodi mercatum feceris, moxque sese è sublimi praecipitem dedit, ac perit: Captivus esse poterat, servilia facere non poterat, ac semet in libertatem morte asseruit. Plut. in Lacon.

IDATHYRUS Scytharum rex, in quem arma movit Darius, suavit Junum regibus, ut Histrici praeiuncta Dolata, fugientes sese in libertatem vindicaret: qui cum id facere recusarent, ne violenter fidem, qua Dario erant obstricti, vocavit illos frugi mancipia, & ad praesentia, hoc tibi, qui fugere nollent. Nam haec non minima laus est servorum, nolle fugere, si liceat: ac nolle tyrannicam servitute commutare libertate, si detur oportunitas, animi servilis est. Plut. in apoph.

ANTIGONUS conspiciens, filium suum eos, in quos habebat imperium, ferocius tractantem, insolentiam: An ignoras, inquit, fili, regnum nostrum esse splendidam servitute. Nihil dici potuit cordatius. Nam princeps non minus obfervire cogitur populo, quam populus principi: nisi quod princeps id facit, cum dignitate, alioqui revera mutua servitute esset. Plut.

Quidam in servum furacem ita jocosus est, ut diceret, eum solum esse, cui domi non nihil esset nec signatum, nec reclusum. Id si de frugi servo dicas, laus est: si de furaci, jocus. Intelligimus enim, illi nec feras, nec signa obfata, quo minus fuiretur. Scrinia claudimus: olim & cadi, & lagenae solebant obfignari. Eras. lib. 7. apoph.

ETOLI quondam ingressi regionem Laconicam, abduxerunt quinquaginta servorum millia, unde Lacon quipiam senior festivit dixisse fertur: Magno bono fuerunt hostes Laconica, quam tanta turba levarunt. Plut. in Lacon.

Cum THEBANI irrupissent in Laconicam, & inter captivos, captivosque multos etiam abduxissent Helotas, iusserunt illos Teropandri, Alemannis, ac Splendens Laconica carmina canere. Illi recusarunt, dicentes, id nolle filias heriles: adeo plus apud illos valuit concaptivarum puellarum auctoritas, quam iussa victoris. Hinc probatur quidam, esse verum, quod vulgo diceretur: liberum Spartae maxime liberum esse, contra servum maxime servum. Plut. in vita Lycurgi.

ALCAMES, percontanti cuidam, cur Lacedaemonii Helotibus committerent colendos agros, ac non ipsi potius eos colerent. Quoniam, inquit, non ipsorum causa sed nostra, Helotas nobis comparimus. Videlicet stultitiam eorum taxans, qui mancipia ad ostentationem alunt otiosa, & servos, ac ministros voluptatum habere malunt, quam frugiferis operibus occupatos. Plut. in Lacon.

M. CRASSUS ille dives magnam servorum turbam domi alebat, quorum praecipuum agebat curam discitibus astant, interdum & ipse docens eos, dicens: haec oportere praecipuum esse patrisfamilias sollicitudinem, nosse, quod sint rei familiaris animata instrumenta.

DIAGENES conspicatus delicatum quendam à servo caleceari: Nondum, inquit, sat beatus es, nisi te etiam abstergat, id erit, si mancus fueris. Laert. l. 6. Visum est Diogeni, non multo minus absurdum, in caleceato abuti opera famuli, si quis ipse sibi hoc praestare valeat, quam si post exoneratam alvum adhibeat famulum abstergendo podici. Quoniam intelligi potest & de abstergendo naso. Philospho Ethnico prodigiosa delitiae videbantur, ethnicum caleceari à famulo.

DEMONAX videns quendam servum suum erudiciter verberantem: Define, ait, ne servo tuo similis fias. Inducit vix prudentissimus, revera servum esse, qui affectibus imparare non possit. Eras. lib. 8. apoph.

GILLA hospitio exceptus apud hominem durum, & undecumque facientem quæstum, qui ne dormire quidem famulus permittebat, sed alius aliud operabatur noctu: eundem & ipse postea, cum Agrigentum venisset, suscepit, & convocatis famulo.

famulorum pueris (qui permulti erant) naves, & carices distri-

* HIROGLYPHICUM.

Restitio capitis apud Græcos pariter, & Latinos servitutis indicium fuit. Pier. Val. lib. 32.

SERVITUS CONJUGALIS

MARITORUM. Vide Tit. P. unum. cap. quatuor. UXORUM.

Apud MOSCHOVITAS mulierum conditio miseranda est. Nulla enim honesta, & pudica creditur, nisi domi conclusa vivat, adeo ut nusquam exeat.

SERVITUS PATRIA.

Lex THEBANORUM est: ne civi Thebano liceat infantem exponere, neque in solitudinem abicere capitis supplicio indicto. Verum si in extrema mendicitate pater sit constitutus, five mas sit, five femina infans, cogitur eum statim a materno partu ad magistratum cum ipsis fasciis adferre: qui acceptum, alicui tradit levi precio, cum quo pactum, & conditiones intercedunt, ut infantem alar, & adultum servi, vel servæ loco habeat, sic ut alimentum, & educatio servitute compensetur.

SCRIPTORES.

Edidit inter alias suas lucubrations Schismatissimum de Servitute, PETRUS Rebuffus, ubi varias illius species, & differentias tradit, quas Lector studiosius inde nullo negotio hauriet.

Severitas.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

SEVERITAS Græcè ἀσπείρη, a πείρη, a πείρω, definitur inflexibilis animi rigor, nihil de merita, vel statuta pena remittens. Estque virtus in iudicando, & imperando. Ita S. Thom. 2. 2. q. 157. art. 2. non est autem idem, quod crudelitas, quæ sonat atrocitatem animi in exigendis pœnis, & reque vitium oppositum clementiæ.

QUANDO ADHIBENDA.

SEVERITATEM adhibere in multis plus convenit, quàm mansuetudinem.

Primò in bello, five militia; ubi omne erratum capitale est propter publicum periculum. In quam sententiam nonnulla refert Pal. Max. lib. 2. cap. 2. & Lambid. in Alex. Severo. De Aureliano Imper. constat, quod tam fuerit severus in disciplina militari, ut tribuno suo scripserit, si vivere vellet, manus militum contineret, & quicquid sua annonæ contentus viveret.

II. In ministros, & Præfectos Justitiæ, præsertim in illos, qui numeribus jus pervertunt, & venale habent. Vide Murem corruptela. & apud Val. Max. 1. 6. c. 3.

III. Cum populi alicujus ingenium est malignum, & aliter nequit coerceri, quomodo olim Deus in veteri lege severitatem adhibuit circa legum suarum observationem.

Denique cum id magis expediens iudicatur, vel ad emendationem delinquentis, vel ad publicam disciplinam faciendam.

SEVERITATIS ACQUISITIO.

EXERCITATIO. HUC Qui Adhibuerint.

Put.

DEUS O. M.

Graviter punivit Deus peccatum Primorum Parentum, quod ipsi credebant veniale, nec ita durè puniendum fore.

Neque CAIN peccatum dissimulavit Dominus, sed damnationis sententiam in eum profertens, ait: Nunc igitur maledictus eris super terram. Cumque operatus fueris cam, non dabit tibi fructus suos: vagus, & profugus super terram eris.

Originali item mundo DEUS non peperit, sed ipsum penè totum diluvii inundatione delevit.

Quinque Civitates propter peccatum Sodomiticum scelerate ignis conflagratione consumptæ sunt per Angelos à Deo missos.

Ægyptii persequentes filios Israel verberati sunt, jubente Deo, quasi plumbum in aquis vehementibus.

Quia populus AMALECH voluit impedire filios Israel cunctes in terram promissionis, dixit Dominus ad Moysen. Delebo memoriam Amalech sub celo.

Propter vitium, quem adaverunt Populi, ceciderunt una die quasi tria millia hominum.

Egressus est ignis à Domino, & devoravit NADAB, & ABTU filios Aaron, quia arreptis thuribulibus ignem alienum, & incensum desuper posuerunt, & coram Domino obtulerunt.

Justit Dominus puerum Blasphemum extra castra educi, & ab universo populo lapidari. Cum ortum esset murmur populi Israel quod dolentium præ labore contra Dominum, accensus in eos ignis Domini devoravit extremam partem castrorum.

Ac postea, cum manna fastidirent, carnibus, quas miserat Dominus, videntibus filios Israel, adhuc existentibus in dentibus eorum percussit Dominus populum plaga magna nimis, ut exponunt: propter ingluviem, & voracitatem, seu crapulam.

Percussit Dominus Mariam lepra, quia locuta est contra Moysen.

De sexcentis millibus virorum, & mille septingentis triginta, qui numerati sunt, nullus intravit terram promissionis propter eorum murmur, præter CALEB, & Josue, sicut minatus est Dominus.

Ligna colligas in sabbatho sicut præcepto Domini lapidatus.

Terribili morte occidit Dominus CHORE, & complices ejus, terra eos deglutiente, eo quod testifem contra Moysen, & Aaron: ac paulò post consumptis ducentis quinquaginta viris, quo pro eis offerrebant incensum, 14. millia & septingentos homines, qui murmuraverunt adversus Moysen, & Aaron, ignis de celo combussit.

Hæsitantem ad aquas contradicentibus MOYSEM, dominus durè increpans punivit: eum tamen usque tunc tam sanctè, & fideliter se gessisset, supple, tam ad Deum, quàm ad populum: dixit enim ad ipsum, & Aaron: Quia non creditis mihi, ut sanctificaretis me coram filiis Israel, non introductis hos populos in terram, quam dabo eis.

Misit

Misit dominus serpentes ignitos in Populum quia taderit eos in ieris, & laboris, & dixerunt: cur exuistis nos de Ægypto? &c. Num. 21.

ACHAN, filius Charmi, cum tota suppellectile sua perit, quia abfultet de anathemate Jerico. Jos. 7.

Pro peccato in uxore Levitæ commissio tota tribus BENJAMIN, exceptis sexcentis hominibus, fuit Domino jubente deleta. Jud. 20.

HELLI peccantes filios corripuit, sed leviter, propter quod ipse in eis, & cum eis punitus fuit. Quid ergo de illis, qui filios suos non corripuit, sed incitant ad malum verbis, & exemplis? 1. Reg. 2. c. 4.

Quia SAUL obrulit holocaustum contra mandatum Samuelis, probatus fuit. Et quia legem Agag, Amalech, & greges ovium reservaverat. 1. Reg. 13. & 15.

Item propter peccatum SAUL, & domus ejus, quia occidit injustè Gabaonitas, facta est fames in terra, & puniti sunt homines de domo ejus etiam post illum mortem. 2. Reg. 21.

Adducunt DAVID arcam Domini super plaustrum, Oza tenuit eam, ne caderet, quia bos lascivius inclinaverat eam, & percussit eum Dominus super temeritate, & mortuus est, ibi. 2. Reg. 6. c. 13.

Rationem assignant, vel quia irreverenter nudam tetigit arcem, vel quia juvenis vehi fecit, quæ hominum portari debuerat humeris. 2. Par. 13.

Septuaginta millia hominum peste mortui sunt propter elationem David, quando fecit populum numerari. 1. Reg. 14.

Vir Dei, qui venit de Juda, & nunciavit JEROBOAM successionem officiorum sacerdotum ejus: occisus fuit à Leone, quod contra imperium Domini comedit panem in domo cujusdam prophete. 3. Reg. 13.

Quadragesima duo Pueri à duobus Ursis sunt lacerati, pro eo quod illuserant Elisæo dicentes, Ascendat calve. 4. Reg. 2.

Si tam graviter punitum fuit GIEZI pueri ELIZÆI peccatum, qui cum posteris lepra percussus fuit, eò quod clam Domino suo accepit munera à Naaman à lepra per Elisæum curato, satis ei voluntariè data, quid erit de illis, qui accipiunt multa fraudulenter exacta, vel violentè extorque? 4. Reg. 5.

Ozias Rex Juda cepit thuribulum, & more sacerdotum voluit adolere incensum, statimque cecit ortu lepra in fronte. 2. Par. 26.

Quia EZECHIAS ostendit thesauros suos nuntiis regis Babylonis, amisit eos, cum tamen illi de terra longinqua venissent, & videbatur, quod lætenter accipi debuissent. 4. Reg. 20.

Populum peculiarum, & dilectum tradidit Dominus in manus Nabuchodonosor, qui totam gentem crudeliter captivavit, sanctam civitatem combussit, & templum destruxit. 4. Reg. 24. 25. Hier. 39. & 53.

Pro eo, quod elevata sunt filie Sion, &c. erit pro suavi odore factor, pulcherrimi quoque viri tui gladio cadent, & fortes tui in prælio. Jsa. 32.

Reges BABYLONI filios ISRAEL crudeliter tractaverunt, postea etiam ipsi, cum inclita civitate sua fuerunt destructi, sicut minatur Dominus. Jsa. 14. Hier. 30.

HELIOBORUS fuit graviter flagellatus, eo quod viduarum, & pupillorum deposita voluit asportare. 2. Mach. 3.

ANTIOCHUS Rex fuit tam gravi plaga percussus, ut de corpore impii vesces scaturiret, odore etiam illius, ac fætoris, exercitibus gravaretur. 2. Mach. 9.

Inutilem Servum, qui traditum sibi non studuit multiplicare talentum, præcepit Dominus illo, quod habuerat spolari, & in tenebras exteriores eici. Matth. 25.

Fraus illa, quam commisit ANANIAS conscia SAPHIRA uxore sua, gravi fuit punita. Act. 5.

HERODES vestitus veste regali, sedet pro tribunali: populus ante acclamabat, Dei voces, & non hominis. Confestim ergo percussit eum Angelus, eo quod non dedisset honorem Deo.

Consilarii.

Rex ASSUERUS iratus contra VASTHI reginam, interrogavit Sapientes suos sententiam. Illi non excusaverunt absentem, sed responderunt, Regis justa est indignatio. Esther c. 1. L. B. Theatr. vitæ Ham. Tom. VII.

Patres.

DAVID Rex moriens SALOMONI F. præcipit, ut de Joab polemârcho, qui Abner Saul Regis, & Amasai Abfoloni exercituum duces, simulata amicitia perfidè inter fecerat (veritus ne suis luminibus officerent) supplicium funderet: præterea etiam de Semci Geminense, qui Davidem pulsum ab Abfolone F. diris probis infectatus fuerat. Sibi enim propter jusjurandum interpositum de iis pœnas sumere non licuisse Paruit Salomon, & statim sub regni initia Adoniam fratrem, qui contra patrem rebellis fuerat, interfecit, Joab ad aras obruncari, Semci in suo conspectu confodi jussit. 3. Reg. 2.

Uxores.

REGNERUS Danorum Rex, cum à SAXONE Hellepontiorum rege Withercum F. maximæ expectationis, igne consumptum audivisset: præ mœnore in gravissimū morbum incidit, eoque semetipsum consecisset, nisi à Suanloga uxore à muliebri ludu ad virilem vindictam accensus fuisset. Classe igitur in Rusciam trajecta, Saxonem vicit, atque cepit: Sed post tamen liberavit. Saxo lib. 9.

CYRUS Persarum Rex, ab AMASI Ægyptiorum rege petit, ut unam filiarum sibi in matrimonium collocaret. Ille Niteten filiam Aprie regis, quo devicto ipse regnum invaserat ad eum F. misit. Nitetis ad multum tempus Amasis filiam simulans, cum Cyro consuetudinem habebat. Cùm verò multorum liberorum mater evasisset, & mariti summam benevolentiam sibi adjuisset: confessa est, Apriem suum patrem fuisse, dominum Amasis. Sed etiam cum Amasis vitam obierit, filium ejus Psammetichum ulcisci, pulchrum esse. Moberi, eum gessit Cyrus: & licet in expeditione diem suum obierit, tamen Ægyptiorum imperium in Aprie stirpem vindicavit. Ptolem. lib. 8. Herod. lib. 3. pro Cyro Cambysen habet.

QUOMODO. Videlicet

Legislatione.

Vetat Israelitis MOYSES, ne in civitatem suam recipiant Ammonitam, aut Moabitam, ne decimam quidem illius progeniem. At Ægyptiorum tertiam propagnis natos recipiant. Deut. 23.

Consilio.

THEBE Jafonis filia, uxor Alexandri, cum accepisset de CUSTODIBUS Pelopidæ (qui captus erat) firmitudinem, & celsitudinem animi ejus, expectavit eum videre, & convenire. Ut accessit ad eum, & velut mulier magnanimitatem ejus, non illud in tantis arumnis perspexit, sed ex equalore, fordidus, & maligno visu coniciens acerba eum, & indigna illo nomine premit calamitate, illachrymavit, primum incertus, quænam mulier esset, mirabatur Pelopidas: tibi cognovit eam, quod consuetudo ei, & gratia intercederet. cum Jafone, compellavit eam nomine paterno. Cùm diceret illa, Miseret me uxoris ruz: Me verò tui, inquit, quæ soluta feras Alexandrum. Hæc oratio pupugit Theben. Quippe crudelitate moderat, flagitiæque tyranni, qui præter ceteram libidinem etiam minimum natu fratrem ejus in pellicatu habebat. Quare invisit Pelopidam frequenter: & cùm libere enumeraret apud eum miseras suas, dedit illi animum ei, & spiritus, atque in Alexandrum incendit eam. Pelopidam tandem cum exercitu liberavit Epaminondas. Plut. in Pelopida.

CATO major incitans magistratus ad puniendum delinquentes, dixit eos, qui cum valeret, non interpellarent flagitia admittentes, hoc incitare. Plut. in apoph.

Cùm VOLATERRANI occiso prætore propter imperii acerbicatem, & salinarum controversiam, à Florentinis descissent: plerisque proposita venia potius quàm vi ad officium reducendos esse judicantibus: Laurentius est contra Medices disputando pervicax, ut civitatem, quæ crudeliter, atque superbe rebellasset, bello persequerentur: imperii dignitatem amitteri, nisi in reos majestatis, & nefaria arma tenentes, vim exercerent. Itaque ejus ductu bellum Volaterranis illatum. Qui omni belli clade perdomiti, temeritatis, atque savitæ suæ pœnas dederunt. Jovius in Leone X. lib. 1.

Jurejurando.

Q. METELLUS, Balarici F. & Macedonici nepos, filium jurejurando adegit, ut Curionem accusaret sui accusatorem.

Canta, Musica.

A STARCHATERUS, cum Frothonis IV. Danorum regis fraudulenter oppressi filium Ingellum patris interfectioribus ignovisse rescivisset, & a patris moribus penitus degenerasse: ingentem carbonum facem in Suecia humeris suis Daniam petiturus impoluit. Rogatus ab obviis, Qui tum insolitum onus deferret? Ingelli regis fulcra se carbonibus curaturam asseruit. Ita que expedita femita velut uno spiritui rapidum iter explicuit, tandemque Ingelli hospitio usus, sedem proceribus destinatam suo more contendit. Regina fordidis pannis tectum loco excedere iussit, ne pulvinaria inficeret. Paruit animosus senex, atque in ultimam aulae partem secedens, ipsos parietes submissi corporis impulsu contudit, ut tectum ruinam minari videretur. Ingellus a venatione regressus uxorem monuit, ut tantum virum benigne exciperet, sibi olim a patre tutorem datum, infantiae custodem. Regio inde convivio adhibitus, repudiatis omnibus illecebris, oculis indignationem semel ante conceptam non obscure praeferebat. Regina mirifici operis vittam proprio capiti detractam ei misit, benevolentiam ejus mercari cupiens. Starchaterus vero eam in os ferentis rejecit. Mox cum delinendi hominis gratia tibicen canere coepisset, Starchaterus offe, quod arrosaret, tibicinis os petiit, Ingello seculum regium mittente, illud repudiavit. Teutonicae delicias averfatus. Nec mora, Ingellum amaro carmine reprehendere coepit, quod Saxonico imitatus luxum a sobrietate, & virtute decivisset: maxime autem, quod in ipso militiae tyrocinio ulciscendi parentis immemor, neglecta naturae lege, paterni sanguinis carnifices Sueringi filios benevolentia complexus esset. Ad hanc vocem tremefacta regina, detractum capiti suo reticulum irato seni obtulit. Ille vero eo in os offerentis, cum indignatione rejecto, clara voce Satyricum carmen in regem, & reginam cecinit: coque torpentem regis animum ita excitavit, ut furibundo similis exiliens, Sueringi filios cum toto comitatu suapte manu confoderit: & peregrino luxu rejecto, paternam fragilitatem iniceps sit amplexus. *Saxo l. 6. Crantz. l. 1. Daniae. 6. 37.*

SEVERITAS RESPECTU
PERSONARUM; PERSONAE
scilicet vel
UTRIUSQUE, AGENTIS,
scilicet, & PATIENTIS.
Severi.
PRAECEPTORES erga
DISCIPULOS.

C CALLIMACHUS contra Apollonium Rhodium, ut ingratum discipulum carmen libidinis virulentis, scripsit. *Cyraldus.*
ANISTHENES Philosphus interrogatus, quamobrem tam severus esset discipulorum objurgator? Et medici, inquit, erga aegrotos. Significans, se vitia objurgare, non homines. *Laert. lib. 1. 2. 1.*

MAGISTRATUS erga
SUBDITOS.

Ex loco Justitiae correctivae ut plurima referri poterunt.

SUBDITI erga MAGISTRATUS.

Exempla pete ex Tit. Prudentis, & Fortitudinis, in tolerantis evertendisque tyrannidis. Nem Severi ob tyrannidem.

GABONITAE Sauli regis perfidiam erga se, qui, ut Judaeis Israelis gratificaretur, eos ad interfectionem perdere conabatur, in posteris ulsi fure. Oborta enim post Sauli regis mortem trienniali fame, consultum Dei oraculum respondit, expandi esse Sauli facinus contra Gabonitas. David ergo petentibus Gabonitis septem de Sauli familia superstitis mares dedit: quos illi ad Gabam in monte crucifixurum: coque factis famas cessavit. *2. Reg. 21.*

JEHU, Josaphat F. a propheta quodam iusto Elizei onctus in Ramoth, regnum Israelitarum occupavit: cum dux esset exercitus, Joram regem dominum suum Jezraelem sagitta interfecit, Jezraelem regis matrem de tutri praecipitavit, lxx. liberos regios Samariae trucidari curavit. Atque haec omnia Domini iussu, qui Achab stirpem penitus deleri praecerat: & propter hanc Jehu severitatem etiam trinepotes ejus Israelitis imperatores promiserat. *4. Reg. 10.*

ROM. APULEIUM Tribunum, ob ejectionem e senatu, & tribunatu a Q. Caelilio Metello feditiosus, cum Saphinio, & Glauco per C. Manium obfedere, & interfecere. *Sab. l. 2. Eum. 6.*

Cum inter MARIUM, Syllamque civili bello decertaretur, in C. Fabius, Africae proconsul, quia crudeliter, se avarumque nimis praestabat, feditioe Provincialium vivus in palatio exultus est. *Ful. lib. 9. c. 10.*

Cum ADRIANUS civis Romanos, qui Uticæ erant, fardido imperio vexasset, idcircoque ab iis vivus esset exultus: nec quaestio ulla in urbe hac de re habita, nec querela verata est. *Val. Max. lib. 9. c. 10.*

HELIOGABALUM Pop. Rom. mortuum proiecit in cloacam, mox in Iberiam cum matre traxit, ejusque nomen e publicis monumentis erasit. *Herodianus.*

NERONIS turpitudinem, & scelera ipse Populus Romanus tolerare diutius non potuit, & exercitus Galbam in Hispania Imperatorem creavit. De exitu ejus sic *Eutropius lib. 8.* scriptum reliquit: Sententia senatus constitutum est, ut nudus per publicum ductus, furca collo ejus inserta, virgibus usque ad mortem egeretur, atque ita e saxo praecipitaretur. Igitur desertus undique e palatio fugit: noctis medio urbem egressus, sequentibus cum Phaeone, Epaphrodito, Neophytoque, & spadone Sporo, quem quendam exitum formare in mulierem tentaverat: & in suburbano se liberi sui, quod est iter Salariam, & Nomentanaviam, ad quartum urbis miliarium, istu gladii transegit: adjuvante trepidantem manum impuro cuncho: cum sane prius nullo reperto, quod eo feriretur, exclamaret: Itane nec amicum, nec inimicum habeo? De decorose vixi, turpiter percam. *guer.*

AMASGI Alanis, seu Albanis vicini, ob nimiam tyrannidem, qua parentibus pueros elegantes vi rapiebant, & castris Romanis vendebant, suos principes interfecere. *Zonar. & Cusp. in Leone III.*

Venetis **VASUM** Hypatum ducem ob crudelitatem occidere, Galliam patriam, atque luminibus privarunt, qui Horleo sicuti in ducatus dignitate, ita etiam in vitis succederat. Dominicum Monegarum parii supplicio affecerunt: neque de eorum aliquo poena sumpta fuit, qui in ipsos principes manus injecerunt: adeo iuste omnes vindictam de scelere sumptam putaverunt. *Fulg. & Egnat. lib. 9. cap. 10.*

MARIANUS Falctrus, dux Venetorum, conjurationem in ius de tyrannide invadenda. Capto, crimenque confessio, in summo scalarum Palatinarum gradu, cervicis abscissa fuit, bonaque publicata: decretumque publico cautum, ut in majori comitio, ubi Ducum omnium pictae spectantur imagines, cum suis elogiis, nulla ejus extaret effigies: tantumque atro coloris locus illius obfcurus esset, ea cum subscriptione, quae testaretur Marini Falctri locum esse vacuum, cui duci propter ingens in patriam scelus amputata publice cervix foret. *Egnatius lib. 6. c. 3.*

Orta inter JOANNEM X. Pontificem, & atque Albertum Ethuriae Marchionem discordia, quia Albertus Panones adversus Romanam Ecclesiam mercede conduxerat (qui iuxta gentis suae morem, ferro atque igne omnia feda-bant) indignatus ob eam rem Populus Romanus, quod illorum discordias Romanus ager vastaretur, capto Alberto carperademit. Exercitus quoque Pontificem manibus in eum injectis in carcere pulvino ori obiecto necavit: nulla in utroque dignitatis, vel Ecclesiasticae, vel saecularis habita ratione. *Ful. lib. 9. c. 3.*

JUDICES erga REOS.

L. CASSIUS praetor Romae tanta severitate fuit, ut tribunal ejus Scopulus reorum diceretur. *Valerius Maximus lib. 3. cap. 7.* Quoties iudicii alieuius quaesitor esset, in quo quaeretur de homine occiso, suadebat, atque etiam praebat iudicibus, ut quaeretur, cui bono fuisset perire eum, de cuius morte quaeretur. Ob quam severitatem, quo tempore Sextus, Pedeucis Trib. pl. criminosus est L. Metellum Pont. max. totumque collegium Pontificum male iudiciale de incesto virginum Vestalium, quod unam modo Amiliam damnaverat, absolverat autem duas, Martiam, & Liciniam: populus Cassium creavit, qui de eisdem virginibus quaereret. Iste & utraque eas, & praeterea complures alias, nimia etiam, (ut existimatio est) asperitate ulsi, damnavit. Aconius Pedianus in orat. *Cic. pro Milone.* Idem pro Roscio fide de illo loquitur: L. Cassius ille, quem populus Rom. verissimum, & sapientissimum iudicem putabat, identidem in causis quaerere solebat, Cui bono fuisset. Hunc quaesitorum, ac iudicem fugebant, atque horrebant ii, quibus periculum creabatur: ideo quod tametsi veri-

veritatis erat amicus, tamen natura non tam propensus ad misericordiam, quam implicatus ad severitatem videbatur.

JUSTINUS Curopalates Imp. cum ob valetudinem raro in publicum prodiret, multos ad interfendam alii injuriam, quasi nullis eorum vindex esset, andociotes reddidit. Multis de injuriis conquerentibus, Quidam accessit, qui pollicebatur, si praefectus crearetur, ad certum tempus neminem inventum iri, cui fieret injuria. Persuasis Imper. hominem praefectum designat. Eo pro tribunali sedente, cum quidam senator, accusatus a vidua, quam omnibus bonis spoliaret, se non listeret: sed contempto apparitore, ad Imp. convivium se conferret, quo invitatus erat: Praefectus subsecutus, e conspectu Imp. hominem abreptum, causam dicere, damnatumque, viduae satisfacere coegit. *Zonaras, & Cedrenus.*

SEVERISSIMUS omnium apud VENETOS magistratuum decemviratus, et ob vironum numero ei, qui olim Romae fuit, ita terribili potestate penè par, Majestatis crimina, cinadamicam fedatatem, nunciorum adulationem, aliaque atrociora scelera, severa vindicant animadversione: nec reo licet per se, aut per patronum alique causam dicere: pro collegio aliquis exiit oportet, qui rei causam quoquo modo agat. Quicquid ab iis judicatum fuerit, provocatione caret: ipsorum est, non alterius, si quis statuerit, mutare: si id tale est, ut postea mutari possit, poterunt & illi, qui anno circumeactio eorum loco furrogati fuerint. Illud sane in eo magistratu formidabile, quod illius iudicia nullis extant literarum monumentis, ut quod semel iudicatum sit, nulla queat potestas rescindere. Constat jam inde a Petri Gradonici principatum magistratum ipsum in civitate institutum. *Sabell. de Venetorum magistraturis.*

DUCEs erga MILITES,

Subditos.

CONSULE Tit. Poena militum proditorum, transfugarum, desertorum, inobedientium sub loco Justitiae, & segg. Illic inaequalitatis, quae corrigitur: hic vindictae, per quam corrigitur, ratio habetur. Illic alieni mali correctio, hic proprii impetus in ulciscendo moderatio perpenditur.

CLEARCHUS Lacedaemoniorum dux, egregio dicto disciplinam militiam continebat, identidem exercitus sui auribus inclucando. A militibus imperatorem potius, quam hostem metuere debere. Quo apertè denunciabat futurum, ut spiritum poena impenderent, quem pugnae acceptum ferre dubitassent. Idque a Duce praeci non mirabantur, maternarum blanditiarum memores, quae exituros eos ad praeliandum monebant, ut aut vivi cum armis in conspectum earum venirent, aut mortui in armis referrentur. *Valerius Maximus lib. 2. cap. 2.*

LAMACHUS castigavit quandam e ducibus, qui deliquerat nescio quid. Et cum ille dixisset, Non iterum isthuc committam: Ne possis quidem, inquit, in bello peccare bis. Error enim in bello mors est. *Plutarchus in Regum apoph. Sib. serm. 52. An. Melissa par. 1. serm. 67.*

Multae militares nonnullae majores, quae capitis supplicio luebantur, plerumque minores, pro ut graviter, aut leviter delictum esset, facinorosis, & delinquentibus militibus, necessitas ad rem militarem exemplo a ducibus inferri solita sunt: quibus fanciverunt militaris imperii disciplinam, ut ignavia, & contumax miles, prout segnis, negligentique, aut affinis culpa fuisset, ita aceri, & severo iudicio, vel leviore poena notaretur. Nam desertores, feditiosos, & fugitivos, aut si loco, statione, vel praesidio cessissent, tergave dedissent, aut e castris effugissent: tanquam pessimo facinore multitudo capitali poena pletere solebat. Nonnumquam, ubi multitudine obnoxia foret, auctores turbatum ad palmam deligare, aut securi percutere: reliquae vero multitudinis decemium quemque forte ductum ad supplicium petere, pervulgata poena fuit. Quae aciem reliquissent, aut insequentes ad signa convenirent, sustinatio pledebantur. Praesidio vero decessisse, semper capitale fuit. Si quaerere cohortes signa fedè amississet, nisi noxam, ejus arguebatur, purgasset, in eas more majorum quandoque capitali supplicio, plerumque leviore poena favebatur. Quare pro frumento hordeum dare, vel extra vallum sine tentoribus relinquere, nonnumquam milites in prima acie inducere: aut distinctis gladiis distinctos destitute, varisque ignominis af-

ficeri solebant: ut his contumeliosis coerciti, intentius mandata exequerentur, deincepsque ad subeunda pericula paratiores forent. Eos, qui pugnam detrectassent, aut secessionem fecissent. quique erant fugae, & pavoris insimulati, quique segnes, & cunctabundi arma cepissent, levissima nota erat, jurjurando adigere, non aliter quam stantes, quoad stipendia facerent, cibum, potumque capuros, aut traditio pugillarum, quos taciti statim legerent. Ob minoram vero, & levioris noxae crimina, vel locum & ordinem in acie mutare, vel stipendium anni differre militibus, neque his aza procedere, qui aze deruti dicebantur, aut in politia, vel in frequentia notare, vel citra commoda stipendiorum exauctorare, vel locum, in quo tenderent, in castris adimere: illosque sine pelliibus tabernacula habere, ut humi, & sub dio accubarent: vel ne in oppidis hybernarent, inhibere solebant. In politia autem, & in frequentia notabantur hi, qui rudibus, & parum nitidis armis, vel strigiosiori equo, & macie affecto utebantur, quique praedicto ad pugnam die, occasionebus quaestris, contumacibus parerent: quae mora excusabat, si funeres patemi, vel sacrificii gentilis, auspiciave, aut morbi fontici, vel feriarum causa, ad constitutam diem non accessissent. Qui vero arma alienasset, aut illa amississet, propter inertiae turpitudinem aequae ac desertor morte luebatur. Inter animadversiones militares levissima est admonitio, castigatio minor, deprenta major, ignominia maxima. Ideo milites, in quos lege militari, castigatio, aut admonitio animadversum est, non propterea ignominia notati erant. Militem militiae gradu deicere, aut exauctorare, vel equum illi adimere, ipsumque vitibus, aut virgis caedere, seu equo detrahere, vel hastas dare jubere, quae censo hastaria dicta est, non pro levi noxa, sed pro acri delicto, magna animadversionis loco a ducibus inferri solita fuit. Hastas dare jubebantur milites, quibus propter proba ignavia, & luxuria, hasta adimebatur. Etenim sicut gloriae causa fortes viri donabantur hasta pura, hi, qui primum victores in praelio fuissent: ita ignavis, & contumacibus adimebatur. Hoc notabat, tanquam spes merendi stipendia illis adempta foret. *Alex. l. 1. c. 13.*

M. CURTIUS consul, cum delectam subito educere coactus esset, & juniorum nemo respondisset, coniectis in sortem omnibus tribubus: Pollia, quae proxima exierat, primum nomen una extractum citari iussit: neque eo respondente bona adolescentis hastae subiecit. Quod ut illi nunciatum est, ad consulum tribunal cucurrit, collegiumque tribunorum appellavit. Tunc M. Curtius praefatus, non opus esse eo civem Reipub. qui parere nesciret, & bona ejus, & ipsum vendidit. *Valerius lib. 6. cap. 3.*

PAPYRIUS Cursor Dictator, cum adversus imperium ejus Q. FABRUS Rutilianus magister equitum, exercitum in aciem ad versus Samnites eduxisset: quanquam fuis Samnitibus in castra redierat, tamen neque virtute ejus, neque successu, neque nobilitate inopos, virgas expediti, eumque nudari iussit: frustra que Rutilianus, cum in urbem aufugisset, Senatus, Tribunorumque auxilium imploravit, supplicem Tribuni non tuebantur, sed re ad populum perducta, & patris, & populi precibus, qui pro Dictatore imperio cogi non poterat, Papyrius cessit: hoc tamen testatus antea, non poenam se Fabio, sed Populo Romano, & Tribunorum potestati, & auctoritati concedere. *Val. Max. l. 2. c. 2. & Plin. de Vit. illust. Europ. l. 2.*

Idem Equitibus petentibus, ut pro re bene gesta aliquid laboris remitteretur: Ne nihil (inquit ille) remissum dicatis, cum ex equis descenderitis, ne deorsum demulceatis: Et Praefectum praetorem, qui cunctantius suos ex subsidis in primum aciem eduxerat, ad se accersitum, cum forte ante tabernaculum mambularet, sola voce penè exanimavit, hictore in alium usum securum expedire iussit. Enim vero Hille in se ferrum stringi arbitrat, cum vix pedibus subito percussus metu constiteret: Lictor (inquit Cursor) radicem hanc mihi excidit, ambulanti bus incommodam. *Sub. lib. 5. Eum. 4.*

Disciplina militaris hoc Cn. PRONIS iudicium, si non excusare poterit, nihil crudelius, nihil usquam inhumanius inveniri potest. Quidam ex commentis sine committione redierat. Cum, praeterquam quod illi fieri veitum esset, cum interfecisset, quem non exhibebat, apud Cn. Pisonem insimularetur: roganti aliquid tempus ad conquirendum, non dedit. Itaque damnatus extra vallum ductus est. Sed ecce, dum cervicem porrigeret, subito apparuit ille commissus, qui occisus videbatur: ideoque Censorio supplicio praepositus, iussit spiculatorum gladium condere: nec non summa, cum gratulatione damnatum ad Pisonem reduceret. Verum ipse tribunal